



**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliæ
CLXXX.**

Gwalther, Rudolf

[S.I.], 1568

VD16 W 1038

12. Maria cœnanti fragrantia balsama fundit. Proditor infelix murmura
iniqua mouet. Ingreditur Solymas consensa Christvs asella. Quæritur à
Graijs vita salusq[ue] viris.Vox delapsa polo confirmat ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)

scribebat. P. scilicet Christum sancto studio queramus, ut inuenientem apprehendamus, & in illo serue-
m. At quomodo (inquis) Christum in terris queram, quem in celum ascendisse scriptura docet, &
ipso inter fiduci articulos profitemur? Aut quomodo in celum manum mittam, ut ibi sedentem teneam?
Audi tibi respondentem D. Augustinum: Fidem mitte, & tenuisti. Quoniam Christus absens etiam pre-
fuit. Nisi presentes esset, a nobis ipsi teneri non posset. Sed quoniam verum est quod ait: Ecce ego
vobis sum vestrum ad consummationem seculi: & abiui, & hic es; & rediui, & nos non deseruit. Cor
psum suum induit celo, maiestatem non abstatit mundo. Hoc (inquam) Augustini sunt: quibus
adde, quod Christus, cuius diuinitas ubique praesens est, idem suum quoque meritum nobis per verbum
suum offert, & in eo a nobis appreendi vult. Audiamus ergo loquencem in verbo suo, & credamus
ei, sic illum & interiorius & apprehendamus, ut nobis salutaris fiat.

Principia vero dicendi finem faciamus. Pontifices quoque & pharisei nobis considerandi sunt, qui Pharisaei Christi
mandato publico praecepérunt, ut si qui Christum alicubi latere norint, illum prodiantur: & procul dubio
suum suffragij sine acclamationibus eorum sententia confirmarunt, qui in templo de illius absentia
sunt, iudicabant. At igitur dum Christum omnibus exosum reddere & crudeliter extinguere cu-
punt, suam produnt impietatem, qui nec templi neque festi religione mouentur, ut a sanguinariis con-
fessi cessent. Ita hodie, qui toti spirituales & mundo mortui videri volunt, praeterea alijs sanguinis & iniurie
em titulus permittit: & quidem tunc, quando spiritu sancto imprimit gloriantur: Nimirum in Con-
cilio suis, quae ad opprimendam Christi doctrinam indicant. Quibus si qui interesset nolunt, mirum est
quam feds calumniis illorum absentiam exagitant, cuius ipsis precipi autores sunt, qui immu-
nem exemplis docerunt, quam pericolosum sit iporum promissis credere. Observatu quoque dignissi-
mum est, quam ridiculos esse isti prabeant. Nunc enim Christum anxi quærunt, & vehementer
metunt, ne post hac in urbem venire detrectet. At non multo post ad illius ingressum terrentur, &
ex templo excentem prophanos sacrorum nudinatores acq. publicè docentem non audent attingere.
Itaride Deus impiorum hostium confusa. Nemo igitur homines metuat, sed fortes in Christo Iesu
vincamus quaecunque aduersa incidunt, & cum illo in calis regnabimus, cui debetur benedictio, ho-
nor gloria & potestas in aeternum. Amen.

CAPUT XII.

Iesus ergo sexto die ante Pascha uenit Bethaniam, ubi erat Lazarus,
qui mortuus fuerat, quem suscitarat ex mortuis. Fecerunt ergo ei cae-
nam illic, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex ipsis, qui si-
mul accumbebant cum eo. Maria ergo accepta libra unguenti nardi spi-
cate multi pretij, unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis;
domus autem impleta est odore unguenti.

PRAECLARA & memorabilis admodum est Iesu Christi sententia, quam supra
Capite tertio audiuius: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum dede-
rit, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Comprehendit
enim nos verbis veram & propriam sua mortis causam, & hanc nobis in aeterno patris decreto mon-
strat, qui cum quales futuri essemus praecideret, illum nobis redemptorem destinauit, & praesinito
tempore misit, ut sua mortis merito & gloriosa sua resurrectione misereros nos redimeret. Es au-
tem hoc mortis Christi causa diligenter consideranda: quia & inanem operum nostrorum fiduciam
rendit, & simul nos excusat, ut ipsis quoque Deum redamemus, & viceversam nos nostrarum omnia pro no-
minis ipsius gloria expendamus. Quoad vero historiam passionis & mortis dominice, quidam ex ho-
minibus producuntur, sacerdotes numerum & Seniores Iudeorum, qui cum hoc Dei decretu omnino
ignorarent, aut saltem in prophetis obscurius expressum non attente considerarent, priuatis affecti-
bus dacti, Christum occidi curauerunt. Iisus Iudas accessit, iisdem plane causis excitatus, qui non mōd-

suam operam illis contulit, verum etiam auctor fuit; ut quod facere decreverant, sua opinione exequentur. Et quia haec historia multa habet cognitu dignissima, Ioannes eam prolixè defensò nobis autem perspicuitatis ergo, & ut plus ex ea fructus percipiamus, hoc ordine consideranda erit; ut primò quis Iudas fuerit videamus; deinde quid illum mouerit, & tamen facinus audire; postmo historiam, qua prima huic Cap. parte continetur, cum suis circumstantijs excusiemus, quae sceleris perpetrandi occasionem dedit.

Iudas Christi
proditor quis
fuerit.

Quoad Iudam, fuit is Iscariotes, sic dictus a loco natali, quem D. Hieronymus in Ioseph scribens tribus Ephraim vicum fuisse ait. Ex duodecim vero discipulorum numero eiusdem omnes euangelista vnamini consensu testantur. Fuit ergo ex eorum numero, quos Christus in alijs delegaverat, ut eorum opera in propaganda euangelij doctrina viceretur, & quos miraculacione instruxerat, ut maior esset doctrina ipsorum autoritas. Nec verbi modo sui, verum etiam personae & facultatum suarum dispensatorem illum constituit, ut postea Ioannes annotabat, quando sapientum illi concredidit fuisse dicet, ut ea reciparet, quae p̄i & opulentiores Christi sectatores & discipulorum sustentatione sive alimoniam conferebant. Vnde apparet non vulgarem fuisse discipulū, sed pr̄ alijs dignitate eximium, eoque atrocius est, quod in illo editum fuit dannatio exemplum. Cuius non obscurè nos admonuit Dominus, quando supra Cap. 6. discipulū. Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus es? Ita vero non admonet op̄i quo hominū ordine gravissimi ecclesiæ hostes prodituri sint: ex ipsis nimis ministri, qui ratione dicationem & religionem sibi quaestum faciunt; quod Paulus quoq; obseruant, quando Ebenezeris dicit: Ex vobis ipsis exoriente viri, qui loquentur peruersa, ut discipulos postea dicunt. Quod viriā diligenter hodie attenderent, qui successionis apostolicae titulo ita sibi anteposuerint, ut nefas putent illis contradicere, qui eam suis traditionibus praetexunt. At qualiter illa conferet, quando inter ipsos apostolos deprebenditur Iudas, qui Christum Iesum sub rulante prodidit? Docet præterea exemplum, hoc non aliquem hominum ordinem inueniri, qui non malis mixtis habeat: quemadmodum in singulis etiam prop̄ familijs reperiuntur, qui alijs detestantur & quorum viros bonos non immerito puder. Exempla huic rei in Marco adduximus, quoniam nobis v̄sus duplex est. Primum, ne propter familiæ aut ordinis nostri splendorem credissemus, sed in eo potius simus, ne quid defigneremus, quod in familie & ordinis nostris rigoremetur. Alter, ne aliquem hominum ordinem, quem ipse Deus instituit, propter pauculos, aut mali res malos damnemus. Est enim hoc animi insolentis & inconsiderati indicium; quando confituntur etiam aut nostris hoc ipsum accidere posse, quod in alijs damnamus. Quod ipsum in ecclesijs vna obseruari debet, ne vel ecclias temere relinquamus propter aliquos, qui professione non respondent (quod bodia Anabaptistæ nimis insolenter faciunt) ut doctrinam verbi accipimus, quod corrupti moribus aliqui vivunt, qui huic studiū proficiuntur. Vt enim de ecclesijs post doctrinam postissimum debet iudicium fieri: ita doctrinam ad scriptura sacra canonem examinamus, cui si respondeat, diuina & orthodoxa erit, etiā eius praetextu mulki abutantur. Pater in Marco nostro Homilia 115.

Cause quibus
Iudas motus
est.

Quoad vero causas, que Iudam mouerunt, ut facinus hoc indignissimum designare, non datur possunt, quamquam quæ sacerdotes & phariseos aduersus Christum extinxeruntur. Audieramus postea furem, vel potius sacrilegij fuisse; cuius sceleris non alia causa ipsi esse potuit, quam auctor insatiable habendi cupiditas, qua vel in posterum sibi ipsi proficeret, vel opes inutiles coeteris voluit: cum ita sui discipulis prospiceret Dominus, ut nihil ipsis vñquam deferuerit, scilicet in gloriam. Cœna apud Iucam confitentur. At si nihil illis defuit in commune, multò minus Iuda aliquip dedisse, qui loculos seruabat, ex quibus reliqui omnes necessaria perebant. Monit ergo illum beatitudine carnis sollicitudo, quæ fidem in illo extinxit, & consilia suggestio, quibus cauere, ne rebus laborantibus, ipse ad egestatem extremam redigeretur. Et poterunt ipsi nous quotidie stimulare sacerdotum infidia & vulgi de Christo intercipiendo sermones, ut eō magis obſervantur, taret, quod ardenter illos hoc negotium agitare videbat. Potuit tamen astutus nebula animi, vel letitiam cœlare, donec in Cœna Bethaniensi oblata magni lucri occasio repente evanuit, verum etiam ipse propter intempestiuū murmur à Domino corrupus, suam baracce-

illum minimè latere sensit. Tunc enim ambitionis quoq; stimulis exagitatus, nouum animo furorē concepit, ut sibi non amplius cunctandum esse putaret. Simil enim & oblati lucri subiroq; ereptiā eturam sacrificare, & à Christo sibi factam iniuriam vlcisci voluit, ut postea suo loco audiemus. Nunc enim ad loci praesentis expositionē accedere tempus est, quo Cenam istam Ioannes cum omnibus circumstantiis diligenter describit.

Primo autem redditum Christi in Iudeam seu loca verbi propinqua commemorat. Nuper enim, Christus redditum ex Pontificum decreto sibi infidias strui audierat, alio desertum versus fecerat, quia hora mortis ad urbem eius sue nondum instabat. At nūc sponte verbi appropinquat, & quidē in tempore, ut sexto ante Pascha rofolymam, die Bethaniam veniat, quam Hierosolymæ vicinam fuisse in Cap. precedenti audiimus. Eſcē hoc evidens obedientia Christi argumentum, qui sponte eo rediit, ubi sc̄e caput iri sciebat, adeoq; cruci obiam iuit, cum horam mortis iam in proximitate esse sciret. Eoq; illuftrior est hac eius obedientia, quod Marcus Capite decimo scribit, discipulos in ea profectioне admōdum timidos & totis animis confernatos fuisse, eo quod de ijs ipsoſ admoniſſet, qua ipſi euentura erant. Quia ergo à discipulis quidam & familiaribus suis retrahebatur, à nemine autem vi villa cogebatur, ut eo rediret, restat ut ipsum sponte illuc profectū dicamus, ut patris sui decreto obsequeretur, qui illius merito genuis humanum redimi voluit. Itaque confirmatur hic, quod nuper Capite decimo dixit: Nemo tollit animam meam, sed ego pono eam a meipſo: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo eis fuisse sumendi eam; hoc mandatum accepi a patre meo. Confirmatur his certitudine salutis nostræ. Quemque volens obediuit decreto patris sui, potuit eius mors sufficiēs esse pro nostris peccatis satisfactio, & ideo Paulus recte dicebat, nos rnius obedientia servatos esse. Romanorū quinto. Præterea nūmē putandum eſcē, quod eos negligere velit, pro quibus sua sponte, inīd ardenti cum desiderio (ut ipſe Luca vigesimo secundo refatitur) acerbam mortem subiicit. Hinc ergo consolationis argumenta petamus, si quando satan salutem nostram in dubium vocare conabatur. Deinde nostrinos officij Christus admonet, quo ad mortis horam. Eſcē hæc omnibus constituta, & quia peccati pena est naturalis exhorreficimus, & quidem merito, cum eius horrores ipse eriam Deifilius senserit. Ne vero eius meu absorbeamur, non modo quid per se sit mors, verumetiam qualis per Christum facta sit, videre oportet: transitus nimis ex iſla lacrymarum valle in vitam æternam, sicuti Capite quinto & vndecimo abunde dictum eſcē. Itaque coelestis gaudij & vita æterna spe confirmata vincamus merum hunc, quo caro nostra concutitur, & in Christi exemplum intenti nostra vocationem constanter sequamur, neque nobis durum aut grue videatur vitam hanc mortalem & infelix cum eterna commutare. Sed quia de hoc alibi quoque diximus, hic consultò breviter sumus.

Porrò quā primū Bethaniam venit Dominus, cena splendidiōri excipitur, quam in domo Cenæ Bethaniæ. Simonis cuiusdam, quondam leprosi, per ipsum vero mundati, instituta fuisse, Matthæus & Marcius enīſi. ut testantur. Nam non ignoramus, hanc nonnullis aliam omnino ab illa videri: sed illorum sententia nullis conjecturis probabilitibus, nedium certis argumentis nititur. Et ut multa omittamus, quis credat, Dominum intra pauculos dies vnguento usque ad eō preioso bis cum discipulorū offenditione in iungo voluisse, cum rna vñctio sufficeret adumbrando mortis & sepulturæ eius mysterio, quod illic egabatur? Eſet sanè hoc ab eius humilitate & mansuetudine alienissimum. Ceterum præstat singulis hinc Cenæ personas ex ordine inspicere.

Primus in his locis Simon debetur, in cuius domo coniuīū hoc factum fuisse audiūimus. Vbi Simon Christi repetendum eſt, periculorum fuisse tale quid in Christi honorem facere, cū publico Concilij decreto hostes, excommunicarentur, aut synagoga mouerentur, quicunq; eius doctrinæ adhærebant. Sed plurim⁹ fit apud Simonem accepti beneficij memoria & purior salutis doctrina, quam Pontificum auctoritas, qui implores & vilissima anaritia atq; priuatæ gloriæ mancipia esse sciebat, & ideo nequaquam illum Christi pudet, viuit illi ipsum persequantur. Eſcē ergo hoc fideli constantis & pia gratitudinis exemplum, quod nos imitari conuenit. Fumus enim omnes nos peccati lepra infecti, & idē exclusi à cœitate Dei & regni celorum confortio. Imò ut Paulus ait, in peccatis mortui sumus, neq; aliqua in nobis spes vita reliqua fuit. Mundauit autem nos sanguine suo Iesus Christus, simulq; verbo suo & spiritu virtute ad vita nouitatem reuocauit, ne æternū periremus. Agnoverunt hoc beneficium

IN EVANGEL. IOANNIS

CAP. XII.

omnes sancti, et scripture omnes idem magnifice prædicant. David certè clamat: Ecce enim
formatus sum, & in peccato concepit me mater mea. Sed idem simul Deus orat: Lava me pa-
rimum ab iniuste mea, & à peccato meo munda me. Et mox ratione huius mundationis
exprimes, addit: Expia me bysopo (id est promisi Messia merito, quem hyssopus & legum
rificationes adumbrant) & munda ero; laua me, & nube ero candidior. Et si huius generis mul-
tis ex prophetis adduci, quibus apostolicū illud consentit: Sanguis filij Dei emundat nos a
peccato. Mundationis vero huius sigillum est baptismus, qui ideo lauacrum regenerationis
ratione dicitur. Tanto igitur effecti beneficio grati simus, neq; nos eius pudeam, quem no[n]
suscipere, & propter nos vilissima quaq; serui officia obire non puduit. Eadem vero op[er]a
demus, illum totis animis excipiamus, illum in verbo suo et membris suis complectamus, quia
nisi aduersus illum Pontifices & pharisei insaniant, &

Lazarus coni-
ua Christi.

Deinde ex discubentium numero Lazarus quoq; fuisse dicitur, quem ex mortuis suscitari
minus. Ita vero miraculum illud denuo inculcat euangelista, & veritatem illius assertit, que-
lum aliquo tempore superuicisse, & edendo, bibendo, cumq; hominibus publicè conuertit
vitium hominis mutera obuiisse testatur. Est autem multa obseruatione agnum, quod ex mun-
tam hanc res uitius Lazarus, neq; hominum consortia subterfugit, neque Christi consuetudinem
posthac inutiliter arbitratur, eò quod cor am vita cœlestis & futuri seculi statum vidisset; de-
minim cœribus & coniuixis quoq; honestus interest, ita Christum quoq; adhuc suum magis
scire, eiusq; familiaritate imprimis gaudet. Simile quid in Paulo videmus, qui ei in terribili
rapto ineffabilia mysteria vidisset, nihil tamen humani abs se alienum esse putauit, neq; homi-
cœrus horruit, neq; scripturas aspernatus est, in quibus Christum per prophetas olim locum
sciebat. Confer cum horum exemplis Monachos & fraterculos, qui ex purgatorio (vi ipsi
uersi perpetuo genitus ducunt, aut etiam Anabaptistas, qui visionum & reuelationis (quibus
riantur) magnitudine depressi, vel inflati potius, miram in vultu austritatem pre se fram-
vestiti, neq; vistu solito sibi post hac vtendum esse putant, adhuc vox cuiquam homini faci-
ciunt, nisi quem sui simile nouerunt: & mox videbis, quo illi spiritu agitantur, eo nimis impetu
inter gentes Trophonij antrū fabricavit, ut ex superstitiose profus insanios faceret. At finali
gium vita cœlestis typum hac Cœna nobis exhibet. Similis enim coniuuantur Christi vita
vnicus, Simon huius beneficio à lepra mūdatu, alij item ex verbi semine in Dei filios renatu-
zarus, quem ex morte in vitam revocauerat. Ita olim in celis simul eodem gaudio fecerunt
Christo Iesu tam iij qui nouissimo die ex mortuis resurgent, quam qui in illo die adhuc super
momento oculi immutabuntur & immortales sient. Ad omnes enim credentes pertinet, quod
pulsi in ultima Cœna dicitur: Ego dispono vobis, prout mihi dispositi pater meus regum, ut
& bibatis super mensam meam in regno meo. Quo etiam illud referri potest: Multi ab Oriente
Occidente venient, & discubebit cum Abraham, Isaaco & Iacob in regno calorum. Quae pro-
fessiones ut consolationem habent dulcissimam, ita eas typus aliquo confirmari oportuit, quem nul-
minus iam morti vicinus in ista Cœna proponit.

Tertio loco Martha productur, quam discubentibus ministratuisse ait Ioannes, Fecebat
suo more: nam alibi quoq; sedula & circa rem domesticam solicita atq; officiosa describitur, he-
senti vero ad eius commendationem imprimis facit, quod cum diues & honesto loco nata esset
in aliena quoq; domo ministrandi munus suscipere dignatur, nimis quod suam operatilitatem
riam esse videt. Est ergo hoc memorabile exemplum industria & sedularitati, quam in me-
scriptura potissimum commendat. Vide Proreb. 31. Item i. Timoth. 5. & Tit. 2. Talem de-
cens quoq; Moses describit, quæ cum opibus & familiis numero abundaret, ipsa tamen in helpe
tiam farina massam subigit, placenteras coquit, neq; sua persona indignu putat culmaria officia
re & marito obtemperet, & hospitibus rem gratam faciat. Atqui hanc Christianis feminis ex-
emplo esse vult Petrus apostolus, eò quod eius filiae per fidem factæ sint. Pudeat ergo sue genitrix dile-
ctulas, quæ sui generis nobilitatem, opum & dignitatis sue splendorem in immodico corpori er-
superbo fastu, lascivis saltationibus & alijs rebus consistere putant, quæ inter Christianas ut
nari quidem debebant.

Quariò ipse etiam Christus considerandus venit, qui ad conuiuum istud vocatus accedit, neque Christus conuimus mundanis ieiunis, sed simoni virio dat sumptus, quos haud dubie solito maiores faciebat, adhac sibi ministrari sinit. Feo intercessit. Sopus & legatus eius generi multo peregit, et emundat nos ab regeneratione corporis, quem nostris membris vero quod natum complectamur, quoniam mortuis sufficiunt illius afferit, quando blice conseruandum, quod ex munib[us] Christi conservandum videtur, sed suum magistrum ei usq[ue] in terminis putauit, ne benetas olim locutus auctoratio[n]is ipsius cuelationem (quod pertinet, quod in hominum suorum, ut eo nimium, quod faceret. At sancti Christi meum Dei filios remaneant, et gaudiosus erit die adhuc superfluitas pertinet, quod illius regum, et a colorum, Quae portuit, quoniam

Quia simoni virio dat sumptus, quo illum mouit, quod hinc calumniandi occasionem peterent aduersarij eius, qui ipsum belluonem & vini potorem dicebant. Ergo uir rerum huius seculi licitus, & per leges Christianas licer amicos & honestos viros honorificentius tractare, neque peccant qui ista in Iuan gratiam fieri paciuntur. Fecerunt enim hoc olim Abraham, Isaac, Joseph, Samuel & infiniti alij quorum fides & pietas in scripturis commendatur. Attamen modus obseruetur, ne quid contra temperantiae leges fiat, & accedat gratiarum actio, qua cibos (ut & reliqua que nostris vibus seruant) sanctificari scribit Paulus 1. Timoth. 4. Procul ergo valeant morosi Timones, qui dum humanitatis & hospitalitatis officia damnant, et ea in pijs caluniantur, sepe Iudeorum socios faciunt, quos idem in Christo fecisse, paulo ante diximus.

Restat postrema huius conuiuij persona, cuius in praesenti sit mentio (nam de Iuda & discipulis postea dicetur) Maria Lazaris foror, que & ipsa pro suo more in unum Christum intenta singulat.

Maria Christi lai dico bonore eum afficere volui, cuius diuinam virtutem ex doctrina & miraculis iam primum cognoverat. Nihil tamen facit alienum à recipi p[ro]pria genit[us] moribus. Quia enim apud Orientales nullus erat caligarum u[er]sus (qui nec hodie plerisque in locis receptus est) solebant hospitium pedes abluer, & eorundem corpora vnguentis odoratis recreare, que illis balneariorum loco erant. Cuius rei testimonia, cum in sacris & prophanicis scriptoribus paucim occurrant, ea cōmemorare non est opus. Huic ergo consuetudini sepe accommodans Maria, primò pedes Christi abluit, & ablato capillis suis extergit, deinde libram vnguenti pretiosissimi, ex nardo spicata confecti (quam inter Parthorum regalia vnguenti Plinius etiam numeravit) super caput discubentis effundit, quod ad imos pedes usque defluens totum corpus pertransire, totamq[ue] domum odore & fragrantia suarum Germanicos quadraginta conficiunt. Stupenda ergo fuit hac munificentia fæmine priuata erga hostitem, quem multis exosum, plerique vero contemptum esse nouerat. Et contra extreme humilitatis officium fuit, quod eiusdem pedes capillis extergere dignatur, quibus ut plurimum superbiunt mulieres, cum ad eam rem lingo vni posset. At nihil ei graue aut nimium vide ri posuit, quia se & omnia sua Christo debere sciebat, seq[ue]runt huius consecraverat. Et rursum nobis hoc etiam exemplo fidei gratitudo erga Christum commendatur. Externis quidem officijs illius fruuntur, neque hic ille posthac opus habet, ut ipse postea testabitur. Plerunque vero fit, ut qui

illumen derunt, de opibus suis periclitentur, quas aut relinquere coguntur aliò vocati, aut quas ipsi tyranni eripiunt. Deinde in conseruanda doctrina et ijs, quae ad externum Dei cultum faciunt, sumptus aliquis fieri oportet. Multa etiam à nobis exigit charitas, quam inter suos Christus ardenter

et ijs, ne à nobis negligantur, quos ille pro suis agnoscit, & qui eiusdem corporis nobis

membra sunt. Hic ergo nos nulla opum sollicitudine teneri, nullius etiam laboris aut sumptus

Pigere debet, quin liberalter nos & nostra omnia pro illius honore impendamus; & si quid præterea nobis superest, illius in pauperes conferatur, qui pedes Christi dici possunt, cum quid fere contem

pti & viles sunt, cum quid in his ipse Christus ad nos venit, & humanitatis officia à nobis flagitat, elimumque ibi impensum putabat, quicquid in illos contulerimus. Labet hic nobis recitare D. Augustini verba, quibus facti huius mysterium exponit: Querebas operari iustitiam? Iustus ex fide via

vni. Vnde pedes Iesu bene vivendo, Dominica setlare vestigia, capillis terge. Si habes superflua, da pauperibus, & Domini pedes terfisi. Capilli enim superflua corporis videntur. Habes quod agas de superflua tua. Tibi superflua sunt, sed Domini pedibus necessaria sunt. Forte in terra Domini pe

des indigen; De quibus enim, nisi de membris suis in fini dicturus es. Cum vni ex minimis meis fe

cijis, mibi fecisti? Superflua vestra impendisti, sed pedibus meis obsecuti estis. Hec Augustinus. Ego autem hec magna Christi bonitas, qui et si suum corpus nobis subduxerit, non tam sibi inser

mendi occasionem omnem simul abstulit. Huius itaque memores, excitemus ei bonam fragrantiam,

nosque ei sistamus hostiam viuentem, ut peccatis & mundo mortui, ipsi vni viuamus: cui donum
benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

HOMILIA CXIII.

Dicit ergo unus ex discipulis eius, nempe Iudas Simonis, Icarius, qui eum erat proditus: Quare unguentum hoc non uenit trecentis denariis, & datum est pauperibus? Dixit autem hoc, non quod pauperum ei cura esset, sed quia fur erat, & marsupium habebat, & ea quae conserbantur portabat. Dixit ergo Iesus: Sine eam, in diem sepulturæ meæ seruauit istud. Pauperes enim semper habentis uobis, me autem non semper habebitis.

Iohannes diligenter describit historiam, qua Iudam falso discipuli exacerbarunt, ut Christi consilium caperet. Prima vero eius parte fideles Belbanenses producuntur, Simon apud do leprosus, Lazarus & duæ eius sorores, cum alijs quibusdam, quorum nomina non exprimitur. Excepunt hi Christum, quâmis illud non careret periculo, & insuper magnis impensis officiorum genere honorarunt; ubi præ alijs omnibus Maria liberalitas eluxit, de qua beatissimus. Sequitur modò secunda pars, qua Iudea proditoris de facto Marie iudicium exponit, ille præterea tentarit, cum se sua spe frustratum videret.

Iudas Maria
obstrepit.

Principio Iudam non expellato a iudicio erupisse scribit Iohannes. Mattheus ann. Marcus quosdam alios quoq; ex discipulis murmurauisse aiunt. Sed facile isti cum Iohannes possint. Nec enim dubitari potest, discipulos simul omnes novo boc & insolito prodigalitatem quod Maria Christo impenderat, offensos fuisse, cum nihil tale vspiam à Christo mandatum, ne aliquid huius antebac factum esse scirent. Deinde non difficile fuit Iudea illo mysterio sub latenti ignaro in suam sententiam pertrahere, ut vna secum istud officium damnaret. Quia reliqui audito Christo conticuerunt, & Iohannes solus Iudea improbatam proponere infinitus alteris vnum hunc produxit, quem non puduit operam suam sacerdotibus elocare, quod ad Christum consultauisse nuper audiuitur. Nobis tamen priusquam longius progradimur, quando erit, quantum posse vnuus & alter murmurator sediciofus, si vel paucillo temporis eius detur. Sic olim Core, Daran & Abiron suis calumniis atq; criminationibus Israhelites omnes turbauerunt. Sic vnuus Seba vix dum sotipatam seditionem, cuius author fuerat Abiron suis clamoribus denuò accendit. Et quid Carolina vnuus in Romana repub. potuerit, non ut in re exponi debeat. Et in praesenti vnuus Iudas discipulos reliquos excitat, ut aduersus Christum Mariam indignissime murmurarent. Neq; defant nostri seculi exempla, que docent, non certos bonos & publica salutis amantes infideliis seditionis sermonibus decipi, ut ipsorum metuilia iuueni, dum patria communis & religione consulum volum. Hic ergo prudenter & matrona filio opus est, ut & boni, quos illi deceperunt, erroris sui admoneantur, et alteri illi concueant quidam malident publice. Quod Christum obseruauisse in praesenti, postea audiemu-

Iude de Marie
facto sententia.

Sed præstat nunc Iudam audire loquentem, ut ex eius causa omnes ihsuist generis ait, agnoscere, quae etiam bodie Christo obstrepunt. Orditur autem (ut Marcus annos) in natione, dicens: Ad quid perditio hac? Quibus verbis tam ipsum Christum quād Mariam tempore immodicae prodigalitatis accusat, sicq; bonum & economum simulat, cuius personam & officium discipulos sustinebat. Deinde addit: Cur non vñi unguentum hoc trecentis denariis vñi vñi ait, ut innuat nequaquam decere hec tam sumptuosa & magnifica eos, qui hadamus pertinaciam & humilitatem extreamam sint profesi. At quia non minor pecunie quam regnante ait, esse poterat, hic quoque addit: Et datum est pauperibus? Videatur ergo hec Iude sententia probabilis admodum & grauiissimis rationibus confirmata; sed multa simul concurrent, quae imprudentem nebulonem arguant. Primo enim ingratitudine in Christum peccat, cui ab alijs exhibitorum inuidet, cum ipse ab eo infinita beneficia percepisset. Deinde mulieri sanctissime, iactu-

lie optimè de Christo & discipulis eius merita, item non necessariam intentat, cùm nihil tale in manu accepisset: adeòq; iudicem agit, qui ne accusare quidem hoc factum debebat. Est hoc animi ini-
qui & præcipitiū indicium, à charitate item alieni, quo peccata quoque proximi tegere consuevit,
non autem maligne calumniari ea, de quibus nihil dum constat, an reprehensionem mereantur. Præ-
terea sordidus nimis nihil nisi lucrum in ore habet. Nihil enim de Dei cultu, nihil de gratitudinis er-
ga Christum officio, sed de sola pecunia loquitur. Facit autem hoc quoque præter officium, cùm ex
eorum numero esset, qui omnia propter Christum reliquerant. Sed vinam nō hodie etiam pestis hac
regaret, quando plerique omnia veritate metuerunt, nec aliquid vel æquum vel honestum ducunt,
quod non cum lucro præsenti cōiunctum esse vident. Accedit his impia calliditas, que pauperes præ-
texit, & tantum non Dei præcepta allegat, qua in Lege de pauperum subuentione habentur. Itaq;
in primam tabulam peccat, qua prohibetur, ne Dei nomine abutamur.

Dicamus ex his eos agnoscere, quos adhuc hodie spiritus Iudea exagitat, sub quibus eadem etiā iude imitato-
rē Christi conditio, quae oīm sub Iudea fuit. Et illi fragrantissimus odor prædicatio Euangelij, res qui sunt.
Iudeo quod hoīias ipsi vias adducit, homines numerum, qui relikti superstitutionib; & peccatis ad ve-
rum ipsius cultum accedunt. At hunc ferē ei inuident, qui Apostolici videri volunt, & eo titulo ip-
sua Christi & ecclesiae marsum p̄sident. In quorum numero facile primi sunt larvati pr̄fates,
qui sub religionis prætextu ex ecclesiæ bonis non modò voluptuantur, verum etiam immunitati &
luxureges iumentorum superant. Accusavit horum avaritiam, furta, rapinas, sacrilegia & immo-
dum luxum ante annos quadragesimos D. Bernhardus, & eos non Petri, sed Iude successores esse
dicti. Num verò ab eo tēpore illi mores in melius mutarint, cordati & rerū periti iudicent. Sequun-
tur hoc proximo gradu pseudoeuangelici, qui dum ecclesiæ r̄formatione prætexunt, opes facras
sibi vendicant, & illis non minus turpiter quam priores illi abutuntur. Et hi quidē omnes hoc pro-
prium habent, quod libera & sincera prædicationis odorem Christo inuident, eō quod hac suos dolos
& improbitatem argui sentiunt. Itaq; temere damnant & accusant quosvis, qui illam propagatā vo-
lunt, & de scholis aperiendis & vocandis ministris idoneis verba faciunt. Neque sordidos animos
dissimilare possunt, quando suorum consiliorum argumenta non aliunde quam ex avaritia loco de-
fromunt, neq; aliud quam quæstum seu lucrum in ore habent. Et cùm omnia sua vni Christo debe-
ant, tamen plus quam diabolica ingratiudine cultum impediunt, qui ab alijs ipsi impeditur. Inte-
rim ne quid omittant Iudeæ facinorum, pauperes in ore habent, imò rempub. & infinita alia, in que
matri cum veilitate impendi possint, quæ nos in scholas & necessarios ecclesiæ v̄sus cōserri cupimus.
Ita verò sub planisibili pauperum, rempub. & gloria Dei prætexu priuatum commodum querunt,
quod infiniti argumentis probari poterat, nisi res ipsa loqueretur. Neq; tamen intra hōce fines Iu-
deæ spiritus sepe continet, sed ad priuatos etiam homines extendit, qui simili ingratitudine ijs inui-
dens, vel etiam insidiantur, à quibus maxima beneficia accepertunt. Quid enim aliud quam Iudas
liberi faciunt, qui parentibus, à quibus magno cum labore & pluribus impenitis educati sunt, non
modo gratiam nullam referunt, verum etiam illorum mortem ceu biantes corū aude expectant, a-
dīg huius lucis v̄sum ipsi inuident, quem Deus illis concepit? Similis est subditorum ingratitudi-
ni, qui cum magistrati debent, quod pace publica fruuntur, quod ius suum obtinent, quod iniurijs im-
proborum minus sunt expositi, attamen illos oderunt, neque eos patienter ferre possunt, qui de illis
bonosieloquuntur, aut debitum illis honorem impendunt. Et vt ad Christum redeamus, quām
multos menses, qui cùm priuatim ex Euangelio commoda plurima accepertint, & quotidie utilita-
tem ex eo maximā percipiunt, illud tamē odisse solent, & omnes eos indignis modis laceffunt, quos
illius amantes & studiosos esse vident? Quid ergo Iudea accusat, qui eodem spiritu duceris? Quin
potius in temeris agnoscis Iudeæ mores, deq; ijs emendandis cogitas?

Ceterum Ioanne audiamus, qui Iudea larvæ detrahens, quis eius animus fuerit docet. Sic enim Ioannes Iudea
dit: Dixit autem hoc, non quod pauperum ei cura esset, sed quia fur erat, & marsum habebat, & factū exponit
ea que confederantur portabat. Vendi ergo voluit vnguentum istud, vel potius sibi tradi veden-
dam, vt ex eo constata pecunia in communes loculos reponeretur. Inde verò multiplex lucrum ad
ipsum redire poterat. Primò enim minoris venditum fuisset, & sic initio statim bonam pecu-
nie partem sibi seruasset. Deinde non dubium est, quin homo avarus infinitas rationes habuerit,

quibus ex cōmissa sibi pecunia (licet de forte nibil detrahere posset) lucrum faceret. Note sunt resuriorum & numulariorum artes, quibus pecuniam natura sua sterilem scropha adfert rem reddere possunt. Et profuit hanc Iudea improbitatem disertus verbis argui, quo similitudinis hodie minus offendamus. Sunt tamen hic, quae diligenter considerari debent.

Christus mar-
pium & pecu-
nias habuit.

Primum quod Christus marzipum & pecunias quasi publicas habuit. Unde etiam habentur obscūre hoc loco exprimitur, quando Iudea ea portauisse scribit Ioannes, que conferabantur p̄ à p̄is & opulentioribus, qui ipsum sequi solebant. Fuerunt ex horum numero aliquos dñi fratres & sacerdoti, quarū nomina Lucas Cap. 8. recenset: Maria seilicet Magdalene, Ioanna vero & zē procuratoris Herodis regis, & Sujanna, cuius conditio non annotatur. V̄s vero pecuniam fuit, quod ex ijs. seipsum & discipulis aliis, & pauperibus quoq; benefeciū, sc̄ritu infra Cap. 13. nō bimus. Cum enim illic Iudea dixerit. Quod facit facit: pleriq; discipulorū illū in s̄iſse putarunt aut ea coemeret, quibus ad festum opus erat, aut ut pauperibus aliquid daret. At nihil hinc operari poterant, nisi verumq; solitus fuisse facere. At qui pecunias non opus erat ei, qui dñm suos & quosvis alios alere poterat. V̄luti tamen receptū inter homines morem obseruare; prout & legiūm pecuniarum v̄sum cōmendaret, & hypocritas argueret, quibus nefas putatur p̄ conrectare, cum interim sub voluntarie paupertatis p̄textu domus orphanorum & r̄niorum deuorent. Deinde eccl̄sia exemplum præbere voluit, ut ipa quod ararium habeat publicum, p̄petuantur quaē ad v̄s publicos necessaria sunt, & pauperibus simul p̄ficiatur vel cōficiādam fiat, dum communionis Christianae p̄textu quidam aliena inuidunt, & ijs pro statu v̄tuntur: vel pauperes v̄tū ostiati quēdā paulatim pudorem abstergant, adbecūmellianū aduersariorū ludibrijs exponant, & discipline etiam iugum excutiant. Obseruantur hunc diligēter primiū eccl̄sia, quod in Actis Apostolicis & Pauli ad Corinθiā ep̄stola est. Confirmarunt eundem postea Christiani principes, quorū liberalitate opes eccl̄starum in immensā aucta sunt. Posteriorum autem incuria factum est, ut maior earum pars ep̄scoporū infatitiae aut luxui, deinde superstitionibus seruiret, neglegētis pauperibus simul et verbi ministris, in eccl̄sia imprimis cōseruatum oportuit. Accusant abūsum istū multi in aduersariis m̄nstris, domisua illum corrigant, pauci reperiuntur: quō sit, ut eccl̄sias minus recte confituntur, & multis in locis m̄nstri vel omnino nulli sint, vel inepti & indocili sint, pauperes vero padant, & discipline tam publica quam eccl̄stica iugo excusso p̄sūm obseruent, & extortissimā niandi materiam aduersariis p̄bante, qui Euangelij lucem extinctam volunt.

Deinde non consideratione modo, verum etiam admiratione dignum videri potest, quidam istius administrationem Iudea commisit Dominus, quem furaci & proditorio ingeno p̄imō diabolum esse nouerat. Supra enim Cap. 6. illum dixisse audiūmus: Nonne ego v̄i dñm elegi, & unus ex vobis diabolus es? Cur hoc fecerit, certò sciri non potest. & fere abyssum indicia Dei, in quibus nos eius sapientiam, bonitatem, iustitiam & potentiam admirari, non a causas factorum eius omnium, quas ille non indicat, curiosus scrutari decet. Si quis tamen p̄iecturis locis est, fortassis eccl̄siam voluit admonere de futura sorte, ut quibus maximi cōdūm sit omnes intelligent. Nam quod D. Bernhardus quoque annotauit, facit Ihesus ad die multos diabulos Ep̄scopos, qui deinde Iudas agunt, quando non contenti eccl̄siam foliū Christum insuper & verbum eius turpiter produnt, aut etiam ipsi violenter oppriment. Denique excusationem omnem Iudea eripere voluit, ne sceleri suo inopiam & necessitatem p̄textu p̄cūm penes se haberet communes pecunias, ex quibus necessaria reliquias omnibus sufficiantur, ministrabantur: quod illos in ultima Cœna confessos fuisse nuper diximus. Videut premitur primo exemplo admonere voluisse, quam periculosa sit opus eiusmodi administratio, adhuc hodie multi nimis temere contendunt. Quia enim natura alieni appetentes sumu, facit diabolū suis insidij eos circumvenire, quorum animos pietate & fero Dei timore manus mortis esse videt. Et exempla sunt omnium seculorum, quae docent, quam turpiter & perniciēti ad eundem cum Iudea lapidem offendierint. Recte ergo Apostoli, cū diaconos digredierint, monuerunt, ut spectata probitatis viri eligerentur, quos sapientia & spiritus sustinuerint. Eos esse constaret. Quod si hodie obseruaretur, minus scandali & turbarum habent Eu-

Christus suam
pecuniam furi
& proditori
commisit.

Meminerint ergo huius exempli omnes, penes quos est diaconorū ecclesia electio: ne dum suffragia sua temere, aut etiam prauo affectu confultore ferunt, alienis peccatis communicent. Meminerint itam male fidei & furaces diaconi, cuius socij siant, si quid hic faciant praeter officium. Verissime enim D. Augustinus dixit: Qui aliquid de ecclesia furatur, Iude perdito comparatur. Et rursum: Qui confuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum Dominum renderet.

Est præterea obseruatu dignissima Christi Iesu bonitas, qui Iudam in discipulorum numero tam Bonitas Christi diu tuit, immo mense sue adhibuit, pedes eius postea abluit, & amicis admonitionibus in viam reuera- erga Iudam. care conatus est. Suo nimurum exemplo docens, ut etiam ipsi peccatores benignè feramus, neq; preci- piti nunc iudicio ecclie socieratem turbemus, vel ab ea secessione faciamus non necessaria. Requi- rit hoc in ministris potissimum Paulus, quando Timotheum iuber placidè esse erga omnes, & ma- los tolerare cum mansuetudine, eosq; qui obſtinent eradicare. 2. Timoth. 2. Quanto magis ergo hoc eos obseruare conuenit, qui cum priuatam vitam agant, nullam de alijs Deo ratione reddent, modo ipsi nunquam suo exemplo offenderint? Peccat in eo grauitate admodum Anabaptiste, qui mox ecclie tota dannant, in quibus aliquos malos esse conspicantur, neq; adduci possunt, ut in illis vel verbum audiant, vel cum mensa Domini cōmunicent: adhac sceleratorum socios & scelerum patronos esse cla- mant ministros, qui non subiecti à talibus discedunt. At quia illius suspectus est quicquid à nobis dicitur, audiunt quasq; D. Augustinum p̄ & Christiane de hac causa differentem: Quid voluit Dominus noster Iesus Christus fratres mei, admonere eccliam suam, quando unum perditum inter duodecim habere voluit, nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ec- ce Iudas, & ne contemnamus, ut sacrilegus, non qualiscunq; fur. Fur locularum, sed dominico- rum locularum, sed sacrorum, &c. Et postquam in sceleris eius amplificationem multa dixit, rur- sum hoc insert: Talis erat iste Iudas, & tamen cum sanctis discipulis undecim intrabat & exibat, ad ipsam Dominicā Canam pariter accessit, conuersari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De uno pane & Petrus & Iudas accepit, & tamen que pars fideli cum infideli? Petrus enim accepit ad vitā, Iudas ad mortem: Quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus: sicut ergo odor bonus, ita cibus bonus bonus vivificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: iudicium SIBI, non TIBI. Si iudicium SIBI, non TIBI, tolera malum bonus, ve- rimias ad premia bonorum, ne muttaris in pena malorum. Hec Augustinus, quem disciplina ec- cleſiastica & vere pietatis vindicem acerrimum fuisse constat: voluit tamen illorum precipitem zo- lum frenare, qui dum paucos malos ferre nolunt, totam eccliam perniciose turbant, perinde ut ma- li medici, qui dum unum membrum viciuum temere & sine graui causa resecant, totum corpus in periculum adducant. Quin frequenter videmus, rigidos istos Catones temerariis suis iudiciis gra- uis peccare quam eos, quos illi eiſejendo censem.

Sed Christum Iude respondentem audiamus, qui responſionis sue partes duas conſtituent. Pri- Christus Ma- ma Maria patrocinatur, & quidem ſerio, dum Iudam unā cum discipulis reliquis, qui cum in- rie patrocinia cautus fuerant ſecuti, grauitate increpat. Quod enim Ioannes in praesenti ad unum Iudam reſtrin- ge, & Christum difſice ait, Sine illam: hoc apud Marcum omnibus dicitur: Omittite illam, quid ei labore afferis? Bonum opus operata es erga me. Damnat ergo discipulorum, & imprimis Iude murmur, ut qui bona operantem temere obſtruant, In praesenti vero opus istud bonum definie- datus: In diem ſepulturæ meæ ſeruauit istud: Sensus es: Non temere & ex priuato affectu hoc fecit, sed opportune admodum ex certa ſpiritus sancti ſuggeſtione, qui vnguentum iſtud ab ea fieri & in diem ſepulturæ meæ ſeruari voluit: at quia officium hoc mihi mortuo non poterit impendi, occulta inspiratione eam mouit, ut quod in meæ ſepulturæ honorem parauit, nunc in meum cor- pus effuderit. Bonum ergo opus vocat hoc Maria factum, cum quod illud ex fide & ſpiritus san- ti ſuggeſtione feciſſet, cum quod moris & resurrectionis sue mysterium adumbraret. Solebant enim reverentes corpora defunctorum vnguentis & aromatibus condire, ut ita fidem resurrectionis futura testarentur, & ſeipſos in eius ſpe confirmarent. Hodie iſta fieri minime opus es: quando ap- pertius multo nobis patet facta ſunt ſalutis & vita futura mysteria, eiusq; promiſiones ſui corporis glorioſa reſurrectione Dei filius conſirmauit. Obſeruabis autem hoc loco, quod Christus aduersus

Christus bona discipulos quoque patrocinium Mariae suscipere dignatus est, cum pio & sancto experimentem impeditrent. Est hoc illi perperum, quid bona operantes resipicit atque invenit. Nam et David quid oculi Domini super iustos intenti sunt, neque idem eorum titulus & splendore meatur, quip cultoribus suis negotium faciunt. Imò illus irascitur, & nisi cessent in ita quoques ea eu temporis. Potest hoc latissimè extendi. Indignantur nobis Pontifices, quid bonam Evangelij fragantem Christo excusatamus, & illam dicendo atque scribendo per totum orbem diffundimus: adas, apolitica autoritatē probhibit, ne quid huius posthac faciamus. Sed non moueant nos istorum mentis & fulmina. Afferet enim nos Dominus, neque nos illorum calumnij obrui patietur, neq; triam ementiti & falsi usurpati Apostolicorum tituli defendent. Irascuntur similiter multi p̄i prius bus, quid suarēgna & v̄b̄es renascentis Evangelij doctrina patefactā, quid superstitionē ant, & puriorē Deiculum reducant: neq; irascuntur modō, sed cruenta consilia mentis, v̄na cum regnū suis euentant. Sed nullum illis timendum est periculum, quia Christum prae habent, qui jui nominis studioſos nunquam deserit. Ita Epicuri de gregē porci aduersus disciplines bliche inflastratores grunniē solent, & eosdem impudentissimis calumnij apud omnes concubis & excoſos facere. Sed non debent istorum grunniētis Christifidos ministros terrere: quia eis huius negotium agunt, nunquam ipse suo patrocinio eos deficiunt. Eadem est priuatum beatitudinē ratio, qui etiam ipsi contemptis mundi iudicis Dei gloriam tueri, vocationem eius sequi, per omnes pericula fortiter electari debent, neque de Dei promissione dubitare, qui olim per prophetā dicitur: Honorantes me honorabo. Ut amur ergo hoc Christi exemplum ad consolationē nostrā aderat, impiorum iniquā iudicia, qui nobis officium facientibus obſtrepunt. Suffici enim aderat vno mundum Christi solius autoritas. Itaq; quoties calumnij eiusmodi petimur, cum Paulo dicimus: Mibi verò pro minimo est quid à vobis diudicari, aut ab humano iudicio, &c. 1. Cor. 4. Inimici præterea Christi exemplum, ut similiter qua possumus diligentia & fide eos tueamur, quia in beneplacito occupati inproborum calumnij sive invidijs petuntur. Ut enim ijs irascitur Dominus, quoniam operantes impediunt: ita non potest eos probare, qui laborantibus aut periclitantibus in bono non succurrunt, cum maximē possent. Et si charitate Dei illos deſtitui dicit Apostolus, quoniam ius seculi facultatibus abundant, esurientis fratris non miserentur: quis obsecros aliquid Deo more incensos dixerit, qui huius gloriam in fratribus p̄i periclitari patiuntur? Peccatum plurimum hodie à potentibus huius seculi, quando pro Christi gloria & fide vera laborant, neq; negligunt, imò sub cruce succumbentium fratrum eiulatus surdis auribus pratererunt, ne quoniam iuratis Christi hostibus offendant, neque interim Dei iram metuunt: qui ignauam istam, quae ritas ipsa prodit, inultam non sinet. Omnibus enim illis dicitur, quod Heseca dicebat: Ne putes te animam tuam seruaturam in domo regis p̄e omnibus. Iudeus, in domo omnino tacueris hoc tempore, aliunde obvorient Iudei respiratione & liberatio, ne aeternam domus patris tui peribitis, &c. Quod si verò scelus est bona operantes impediunt, vel etiam patrocinium negare, quid illis fieri, qui suae fidei commissos, imò interdum alieni, in quaenam iuris aut potestatis habent, ad turpia & nefanda cogunt, si nimis fidem in Christum abnegant, cultus impios exerceant, imagines adorent, & Dei gloriam in creaturas transferant. Et hoc nostro seculo multi, & ex eo principiam pietatis laudem sibijs pollicentur. Sed haec dico, gno suo malo sentient, quid sit Christum iratum habere, cui pater omne iudicium & omnem penitentiam in celo & in terra tradidit.

Respondet ad id, quod de partibus Iudas audiamus, quia quod de pauperibus Iudas dicere confutatur: quod omnino fieri oportuit, ne vel Christus ipsos contemnere videantur, vel ipsos contemnē dare, qui illis neglectis circa inanēs cultus occupantur, quasi Christo externis officiis alludant die seruiri posint. Pauperes (inquit) semper habentis vobislicum (apud Marcum addit. Ex parte cuncti voluerint, potestis illis benefacere) me autem non semper habebitis. Quibus verbis dicitur. Primò leges de pauperum subventione latas confirmat, & præsentis hoc exempli illi nihil augustinus docet, nec quicquam obſtiturum posthac, quod minus quicquid voluerint, in pauperes conferat, nonnunquam non sint secum habituri. Deinde externos cultus omnes abolet, quibus superfluum in locis occupantur, dum Christo perinde, ac si in terris adhuc ageret, sufficiat faciunt, exponuntur.

Et operantur. Nam et Daniel dore monitus, quod sua res compangue his fringit. dimus: adorat. Ap- eant nos istorum m- etrietur, neq; etiam ter multi pugnare ad superfluitatem onisita inuenit, nra a Christum posse aduersus dispergit. ad omnes concu- ros terrere: qui ex priuatorum homi eius sequi per con- per prophetam dic- nem nostram deu- t enim aderit et me, cum Paulus dicatur. c. 1. Cor. 4. Intra- ueamur, quiem buntur Dominus, qui in itanib; in hunc Apostolus, qui con- sacerdos est aliquo De- nitur? Peccatum vera laborum, praetereunt, ne qua- niam istam, suam Hester sue. Idei, in omnibus Iudei, liberatio, suam ap- pedire, vel etiam im alieno, in qua- in Christum abeg- ter transferant? Tene- tur: Sed haud dubi- dicum & omnipotens. peribus Iuda dicere, vel ipsa- deretur, vel ipsa- ternis officiis ad- cum addit. Ex quo Quibus verbis am- plius illi nihil argu- antur, pauperes conser- tubus superfluum in- aciunt, exquaque ag-

ceteros incendunt, & infinita huius generis faciunt, que illi reuera impendi posthac minime possunt. Sunt enim haec corporalia & solis hominum corporibus seruunt. Atqui corpus suu à nobis ille subduxit. Ridiculi ergo nimis sunt, qui officiis eiusmodi illum demereri student. Nam quoad diuinatem, qua ille ubiq; præfens est, illa externis hinc nequaquam colitur. Corpus vero, quod olim istis opus habebat, iam in celis gloria eterna fruatur, neq; aliquid eiusmodi officioru requirit. Et dicitur negatur hoc loco corporalio Christi in terris præsentia, quod D. quoq; Augustinus diligenter obseruauit. Loquebatur (inquit) de præfentia corporis: Nam secundum maiestatem suam, secundum proutientiam, secundum ineffabilem & visibilem gratiam impletur quod ab eo dictum est: Ecce ego vobiscum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi: Secundum carnem vero, quam verbum assumpe, secundum id quo de virginie natus es, secundum id quod à Iudeis comprehensus es, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutes, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis me vobiscum, &c. Item: Secundum præfentiam maiestatis semper habemus Christum; secundum præfentiam carnis, recte dictum est discipulis, Me autem non semper habebitis, &c. Hec Augustini sunt, quibus illum communem veteris ecclesie de corpore Christi sententiam expofuisse, ex eo appetat, quod nemo veteru illi licet mouit propter ista aut alia huius generis, que passim in eius scriptis occurruunt. Nimirum ergo temerarij & inquisi- sunt, qui nos hodie heresis accusant, eò quod carnalem Christi in Cena præfentiam negemus. Clamat illi nonni dogmati autores esse. At nos huius sententie authorem producimus ipsum Christum, qui in præfensi ait, Ne nō semper habebitis; ita postea dicer, Non sum amplius in mundo, Relinquo mundum, &c. & supra de carnis sua manducatione corporali quarentes ad ascensionis articulare remisi, in qua palam intellecturi sint, nihil hinc carnale animo concipi debere. Quid, quod alibi impostores & leuaprophetas dicis eos, qui ipsum in terris certo loco monstrare audent? Neque ideo vel Christi præfentiam, vel Dei omnipotentiam negamus (vt aduersarii impudentissime de nobis men- riuntur) sed de hac ex eius voluntate pronuntiandum esse dicimus, illam vero agnoscimus talam, qua- tem ipse pollicetur, & qualis nobis salutaris est. Sed plura de his alibi.

Nunquid de pauperibus dicitur, inspiciamus. Vbi initio obseruabimus, quod ait: Pauperes pauperum sub- semper habebitis vobiscum. Ergo preceptum de illorum subuentione perpetuum est, & vix aliud re uenio comen- tur, cuius frequentior fiat in scripturis mentio; adeo communis sensu & natura legibus commen- datur. Nam prius quam Legem suam Deus scriptis mandasset, sensum hunc omnium animis inscul- pte, ut intellegenter pauperum rationem esse habendam. Eliphael enim cum Iobo colloquens, Deum 1ob. 5. 24. 29. pauperum vindicem ipse pronuntiat. Ipse vero Iobus in sceleratissimum hominum catalogo, quos 30. 31. a Deo cum primis obseruari & puniri dicit, eos recentes, qui pauperes & inopes affligunt: deq; sua in- nescita fermonem instituens, inter alia se pauperum patrem fuisse protestatur. Quin inter gentes dum beneficium in pauperes studiosissimi fuerunt, quicunq; aliquo virtutis præconio commendantur. Cicerone certe pecuniarum hunc usum esse intellexit, ut sumptus nobis suppedirent, non modo necessaria, verum etiam liberales. At liberalitas tunc demum laude digna est, si in eos exerceatur, qui nos- stra ope indigent; aliqui prodigantes potius aut inani diuinitarum ostentatio dici merebitur. Sed in facio pergam. In Lege Deus Iraelis pauperum curam cum primis commendauit, & lege perpe- tua fecit, ne esse mendicus in Irael: ita nimur volens egenis profici, ne vagi & oberrantes vi- dum queritando publica inopia & egestatis exempla fierent. Rationem vero ostendit, qua illis pu- blici summi & privati subueniretur. Vide Deut. 14. 15. 24. Apud prophetas etiam multi loci occurrunt, qui misericordiam in pauperes præcipiunt, & extrema illis minantur, qui hos vel negligunt, vel etiam affligunt. Isaia inter veri cultus & penitentia officia eleemosynam numerat, dicens: Fran- ge sibi etiam panem tuum, affilios & vagos domum deducito: si videris nudum, vestias eum, & à carne tua nete abscondas. Solomon vero Proverb. 21. ait: Qui obcurat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit etiam ipse, & non exaudiatur. Et rursum Proverb. 28: Qui largitur pauperi, non egredi qui autem auertit oculos suos, multam habebit egestatem. In novo Testamento Christus de elemosyna certas leges prescripsit, quae Matth. 6. & Luc. 10. in Samaritani parabola habentur. Negat ipsis contentus, in præsenti pauperes sibi substituit, & eos nunquam non nobis occurseros ait, ne inquam desit illis benefaciendi occasio; & alibi disertis verbis pollicetur, se in suas rationes ascribere.

velle, quicquid eius nomine in pauperes confertur. Apostoli verò hanc curam ita ad se perimita petunt, ut sub initium nascientis ecclesia ante omnia aerarium publicum esse voluerint, ex quo inde alerentur, neq; ipsos puduit huius administrationis, quoad nullis gravioribus negotijs impediti sit, facere posuerunt. Quād serio autem ecclesijs hanc curam cōmendarint, Pauli ad Corinthios epistola farij testantur, ut alia multa breuitatis studio omittamur. Et sane merito hac passim inculante, quia hic maximè elucet, quo in Christum Iesum animo prædiſimus, si eius membra pio amore completeamur. Imò non possunt non ab omni humanitate alienissimi censeri, quos nullus tangit communis miseria sensus, cui omnes homines obnoxii sunt, si sui iudicij rigorē Deus expedire vellet. Ne men in re omnium sanctissima peccetur, proderit à Deo præscripta legem diligenter feruare, nem dici oberrant & ostiariū rictum querant, quos nobis Christus tam studiose commendavit. Vi enim hoc animos à Christi dilectione alienos arguit, ita morū disciplina vehementer offici. Qui enim oberrant, paulatim abſtereo pudore disciplinam omnem fastidunt: & quia pleriq; indigūnū ducunt aliquid seuerius in illos statuere, & rixtri fiunt, id est exeges, qui nullo ordine legitimo nullis segna conclusi pro suo arbitrio omnia faciunt, dum paupertatis praetextu defendantur. Quo Paulus, gaſtū pester aliquam, ab ecclesijs arcando esse monet. Singuli ergo priuati sibi aliquos lumen pro factū suarum ratione, quos sua beneficentia iuuent, si quid posunt præterea, in communione aerarium illud conferant. Constituantur autem publica autoritate viri graues & spectaculare probiti, qui non modo quae conserunt bona fide distribuant, verum etiam sub disciplina continent utilissimā pauperes, ne vel otio ignauo affuecant, & vel acceptam pecuniam prodigant in Iesu non necessaria, vel etiam in honestos. Videatur hoc multis difficile, quia priuati commodi quam publici studiū sunt. Sed cogitent, quanto gravior olim futura sit Christi Iesu sententia, qua ad sempiternū infernum cruciatuſ damnavit eos, qui ipsum in membris suis esurire, sitiare, algere, incertis sedibus oriente & publicum miserium exemplum fieri patiuntur. Poterant hæc prolixe tractari, sed neq; posse quam breviter exigunt, & temporis angustia nos breviores esse cogie.

Iudas admoniti
one fuit deterior
Nimirum ut admonitionē istam Iudas acceperit, qua reliqui discipulis Christus abunde auferat. At ille peior factus, & novo insuper furore inflammatus, quod je publice correptum videtur, de lucro modo sarcendo, verum etiam de rapienda sibi facta iniuria cogitat. Itaq; subiit erupit, recta ad sacerdotes contendit, quos Christi hostes esse, & iam diu de illo occidendo consilia capiunt, scilicet: & à nemine eorum requisiitus, Quid (ait) dabitis mihi, & ego eum vobis prodam? Ó horribilem impietatem, & ingratisitudinem execrabilem, & impudentiam exemplo carentem. Sed omnibus illis causa illi fuit avaritia, que Christo male fidum, & tandem inimicum quoq; & hostem fuisse terat sola præditionis mentio ipsos sacerdotes terrere, ut nefarium & sceleratum hominem a consilio rejicerent. Sed gaudent oblati sibi occasione, & triginta denarios illi paciscuntur: qua promissione illa inescatus, suam operam denuo pollicetur, & omnem eius prodendam occasionem diligentiam obseruat. Possebant hæc multa dici de avaritia, de sacerdotum impietate, impiorum Christi hostiis industria, & ut hodie omnia ista publicè fiant, quæ in Iuda & Iudeorum pontificibus pleniter manifestantur. At quia de his in Marco nostro diximus, eadem hæc repeterem non opus est. Dicunt ergo hostium veritatis artes agnoscere, vigilare & suam stationem constanter tueri, ut eum ipsum Christi Iesu præconio commendati, cum eodem in celis vivant & regent; cui debetur benedictus honor & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C X I I I .

Cognovit ergo turba multa ex Iudeis, quod illuc esset: & uenerat non propter Iesum tantum, sed etiam ut Lazarum uiderent, quem suscitauerat à mortuis. Consultarunt autem principes sacerdotum, ut Lazarum quoq; interficerent: quia multi ex Iudeis propter eum abiabant, & credebant in Iesum. Postero die turba multa quæ uenerat ad felum, cum audiuissent quod ueniret Iesus Hierosolymam: accepéruntramos palmarum

palmarum, & egressi sunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna, Benedic-
cens qui uenit in nomine Domini, Rex ille Israel.

Evangelistae in passionis & mortis Christi Iesu historia diligenter exponunt, qui & quales aduer-
se perirent, ex quo impo-
tentiis, ex quo impo-
rinihos episcopis
im insulcentur,
a pio amore con-
tangit commun-
e velut. Ne-
tertare, nem-
natur. Ut tam
qui tam in
indignis ridetur
no nullus, quis
nos Punit, ut
umani profici-
om manu ecclie
spectata prava
contineat nul-
non necessari-
blici studiorum
opiternarient
sedibus aperi-
sed nequaquam
fugient & latebras querunt, & quod male sibi ipsi sunt consci: chm po-
puli Solis in factis citius oriatur seque cum sua luce proferat, quam tenebriones illi volunt, qui imposta-
re & flagitijs delectantur. In populo autem memorabile est, quod contempto Pontificum man-
dato, Christum illis minimè produnt, sed ad illum excurrunt, ut ipsum coram videant & docentem
audiant. Frustra ergo tyranni veritatem edictis minacibus opprimere vel impidire conantur. Po-
nunt enim Deus suos excitare, ut contemptis periculis omnibus illius doctrinam recipiant, & eò ar-
dentius sequantur, quo magis illam oppugnari vident. Et ea in re communi bominum virio optimè
adibunt: Deinde quo fit, ut in veritatem nitamur. Sunt exempla omnium seculorum, que ipsis fidem
faciunt, & quibus doceuntur, Christum (sic uoluntur olim Davidis predixit) in medio boſtum suorum do-
minari, eiusq; regnum persecutionibus crescere potius & prouehi, quam opprimi. Quorum hic no-
bius esse debet, ne tyrannorum minis terreamur, sed fortes in Christo fidei constantiam in pericu-
la intrepidi seruemus, &c.

Doct præterea populi exemplum, ne eoru edictis obediamus, qui impia & ijs contraria iubet, Non obedienda
qua Deus precipit. Ecce in magistratum quidem Deus instituit, & eundem legum autoritate & edictis impia.
gladii ure armavit; attamen posestatem eius certis finibus conclusit, iustitia nimis & religione,
ne quid ex priuato arbitrio iniquè aut etiam impie collisiuant. Ut vero alijs Dei institutis diabolus
vulnari & ijs ad suum regnum stabiliendum abiuti solerit: ita frequenter principes insolentiae & super-
bia spiritu dementat, ut sibi quiduis licere putent, neq; propriis impietate cōtent, insuper alijs quoq;
impia & iniusta mandent. Illos autem Christus postletatem tenebrarum vocat, & talium tyranni-
dem scriptura passim accusant. Hic ergo Domini regula probè tenenda est, ut Casari quidem de-
me que Casari sunt similiter suum quoq; ius Deo integrum seruemus, neq; in ullius hominis gra-
tiam illi debitum officium negligamus. Observarunt hanc sancti omnes, quorum pietas in scripturis
probatur. Prohibebant olim impij, ne Dei verbum prophetæ prædicarent. Sed respondebant ipsis: Leo Amos 3.
prophetæ, quis non timeret? Dominus Deus locutus est, quis non prophetaret? Iubebat Nabucodonosor, ut auditio tubarum & instrumentorum omnis generis concentu omnes coram statua aurea
procumberent: Sed non paruerunt huic editio Danielis socij, licet & subditj & alumni regis essent,
sicut illorum Deus insigni miraculo probauit. Imitatus est postea istorum exemplum Daniel,
quando contra regis mandatum precies ad Deum fudit: & eius quoq; factum signo memorabili com-
mendauit. Secuta sunt huius generis exempla plurima temporibus Antiochi, quando hic Dei
calum extinximus voluimusque nemo pins unquam dannauit. Quid apostoli fecerint, Lucas in Actis Actor. 5.
narrat, qui cum à Senatu Hierosolymitano ipsis interdiceretur, ne euangelium Iesu Christi porrò

prædicarent, responderunt: Oportet Deo magis obedere quam hominibus. Similia sunt, que de Mætyribus in historia ecclesiastica traduntur. Seruiunt hæc ijs confundantib; qui in fidei quoq; & regni causa principibus simpliciter obediendum esse clamant, neq; eos quicqua peccare aint, qui ex aliorum prescripto aliquid voluntati Dei contrariū faciunt. Frustra ergo illam hic nobis reuelamus, & extremæ dementiae (ne quid grauius dicam) damnari merentur sanctissimi cultores Dei, qui dominio supplicia quævis potius subire, quam à fidei veræ confectione latum vnguem discedere voluerunt, & simul alij & idem facerent autores fuerunt. Ceterum cōmuni etiam sensu & natura legibus isti confutantur. Laudantur filij, qui parentibus ipso ad furtā & alia flagitia hortantibus nō obstinavxores item, quæ mariis lenocinium exercere volentibus se oponunt. Cur ergo non laudem reuantur, qui in causa grauiori & magis necessaria hominum editiis nou obtemperant, nisi suum honorē vendicent Deo, cui nos totos consecratos esse oportet?

Propter Lazarum potius quā Venerunt (inquit) non proper Iesum tantum, sed etiam ut Lazarum viderent, quem suscitauit Christus ex mortuis. Potest hoc bisariam exponi, de pīs nimis, quos zelus fidei impulsit, & de curiositate carnis affectu moti eō profecti sunt. Qui enim resera pīj erant, & veræ fidei semina animo concerant, ij Lazarum coram videre & loquente audire cupuerunt, vt eo argumento diuina Christi patet in fide sua magis confirmarentur. Est hoc proprium pīs, quod suæ infirmitatib; fidei confitunt, externe fidei administrat, quæ Deus ipse nobis offert. Frequenter ergo de fide mysteriis differunt, conciones sacras libenter audiunt, Dei operum consideratione delectantur, sacramenta ligiosè vntur, & his omnibus preces quoq; coniungunt assiduas, quibus fidei incrementa à Dnpi rident. Itaq; non aliud est animi prophanii indicivt evidenter, quam dicere: Quid mibi opus defirat? quid sacramenta iuuent eos, qui iam ante Christū fide apprehenderunt? Et quia, si non potest, vt de Deo magnificè sentiat, quisquis ab illo instituta pietatis exercitia contemnit. Et ergo pī quoq; ad Lazarum videndum Bethaniam excineret. Interim minime dubium ejus, ut etiam multitudine complures fuisse qui partim superstitione parvum curiositate incens, Lazarum potius quam Christum videre voluerint. Est enim hoc vitium vulgare admodum, quod pluris fuisse homines, in quibus diuina potentia & gratia specimina relucunt, quam ipse Deus, qui virtus omnis boni auctor est. Fuit hæc omnibus seculis præcipua causa superstitionum. Hinc Deorum multitudine quæ gentes, quid præterito vero Deo, in eos tantummodo intenti fuerunt, qui vel rei alicuius necessitatem, auctores esse credebantur, aut alicuius boni publici autores erat. Et inter veræ fidei professores suis Christi temporibus præpostera hæc sanctorū admiratio caput attollere cepit: quidam multi hanc Bap̄tistam Messias titulo ornarunt, neglegto Christo, cuius ille praco & iesus erat. Et apud opera miraculosa edentibus reperti sunt, qui ipsi eam virtutem acceptam ferrent, mox qui Deum dulce descendisse putarent. Cœluit autem cum tempore superstitione, & in papatu horribile tota diuinæ cultus & religionis confusione peperit, vt in locum veri Dei & servatoris nostri Iesu Christi cœsserint Diui, quorū reliquias, offeras, nimis, vestes, calceos & quid non? homines superstitione abrarrunt. Neq; pudet multis adhuc hodie eorum nominibus ad opprimendum Christi Iumentarium, qui pro afferenda eius gloria vitam & sanguinem suū impenderunt. Contra errorum istum afferare cōuenit, quod de Iudaïs bīscie paulo post diceret: quod liceat Lazarū cau poenitentiam excurrerunt, eo tamen viso, non in ipsum crediderunt, sed in Christum, cuius virtus extat fuerat. Nam revera stultum & absurdum est, opus quidem admirari & laudare, opificē reversum contemnere.

Contra eos, qui Prætereā fieri potuit, vt nonnulli Lazarum de defunctorum statu & seculi alterius conditionis mortuorum pīi differentem audire voluerint. Fuit enim hic quoq; vetus error, quo multi dementati anima defuncti statu resuocari posse putarunt, seq; ab illis vel res futuras vel alioqui cognitū necessarias edocere crediderunt. Cuius superstitionis exemplum in Saule proponit sacra historia, qui Samuel extatari cupiebat, & Iudas Cap. 8. eos acerrimē reprehendit, qui mortuos consulebant. Quid prudens Dominus errorum istum perstringere videtur in diuinis epulonis parabolā, quem perent inde ut defunctorum aliquis ad fratres suos mittatur, qui eos de suo statu admoneat, vt matris respectant. Fuit hic error plurimarum superstitionum, imò impietas multiplici facundissima legitur.

12. que de Ma
quog, & religio
tum, qui exil
sobris reuelant
es Dei, qui sim
re voluerunt
tura leprosum i
ibus non debet
on laudem no
r, vi suum lo
vsg, excutere
tem suscitare
& de curuia, qu
animu concep
uina Christi po
sibi conq, in
sacramentu
menta à Diu
n? Et Quia
ia contumel
ubium ex inca
Lazarum pio
luris sunt hom
inis omnis in
o multitudine qu
ius necessitas
de profundi
cado multi fuc
erat. Et appa
mò qui Divit
ribile torus duci
ri Iesu Christi in
superstitione al
legeremur a
errorem istum in
osimini Bett
virtute excus
e, opifice veris
alterius condic
ari animas depon
larias edoceri
i Samuelum ex
Quid, quid
perent inida
re matrem respo
ndissima festo

ideo satan illum cum primis inter homines souere & conservare studuit. Hinc spirituum apparitio
ne predierunt, qui adiurati responsa dederunt ad sibi propositas questiones; qui ut gentes olim miserè
saderunt, ita inter Christianos ignem illum purgatorij verè alchymisticum pepererunt, cui postea
nus ferè preparatus superstructus fuit. Hodie vero et si evangelij lux tenebras illas multas in locis
dispavit, audientur tamen multorum voces, qui aliquem ex altero seculo reuersum audire velint,
quo Dei, quo illic sunt, edoceantur. At coniunctur isti scriptura autoritate. Prohibet enim
lex Dei, ne quis ex mortuis quicquam scisciteret. Deut. 18. Vnde I'ias illud desumpit, quod paulo
ante adduximus. In novo autem Testamento Deus filium suum nobis doctorem constituit, quem co
lita delato testimonio audire iubet. At quanto huic iniuria sit, si qui ipso praeterito ad fallaces &
interas spirituum apparitiones conuertantur? Deinde ipse Dei filius in parabolam epulonem, quam ante
adduximus, scripturae autoritatem illius petitioni opponit. Abrahamum sic illi respondentem indu
cens: Habet Moys & prophetas, audiant eos. Item: Si Moys & prophetas non audiunt, neq; si
quis ex mortuis suscitatus fuerit, audient. Paulus vero euangelica doctrina veritate tanta grau
itate afficerit, ut non dubites dicere: Etiamsi nos aut angelus e celo euangelizet vobis præter id, quod
magis quam vobis, anathema sit. Addamus his exempla, que plurima occurruunt. Quam mul
ti enim reperimus, qui ex mortuis in vitam redierunt? Quis vero eorum unquam scripturas & que
ex hoc deruatur doctrinam, falsi accusuit? In praesenti Lazarum quidem reuixisse, aliquandiu in
ut bonum esse factum fuisse audimus; quid autem ille de mortuorum conditione, deg, celis aut infer
re dixerit, nullibi scribitur. Noluit enim Deus illa talia referre, vel si quid huius retulit, illud scri
pi mandari nouit, ne eiusmodi internuncijs nos opus habere putemus, & discamus a solis scriptu
ri pendere, quibus vota salutis doctrina perfectè continetur. Possimus idem de Paulo dicere, qui in
calm tertium raptus audiuit quidam ineffabilia quædam verba, sed idem quo ad salutis humana neg
avit, nihil præter Iesum Christum crucifixum se nouisse proficitur. Sed & ipse Christus cum ex
mortuis resurrexisse, apud discipulos ex Moysi, Prophetis & Psalmis concionatur: quod vnu. m ar
gumentum sane mentis hominibus sufficere potest aduersus pharaticos, qui nouas reuelationes re
curruunt. Itaq; scripturas audiamus, & Paulini illius semper memores sumus, quod in posteriori ad
Timoth. cap. 3. ad hunc modum scribitur: At tu mane in ihs, quo didicisti, & que tibi concredua
sunt, scies quo diceris: & quod à puro sacras literas noueris, que te possunt peritum reddere
quod salutem per fidem que est in Christo Iesu. Tota scriptura diuinitas est inspirata, & vniuers
al doctrinam, ad redargitionem, ad correctionem, ad institutionem, que est in iustitia; ut perfectus
solum Dei, ad omnino opus bonum perfete instructus, &c.

Ceterum redeamus ad praesentis loci historiam, qua Pontifices populi excursu ita cōmotos fruissi. Populi studio sa
luerunt scribit, ut denouo quid agendum esset consultarunt; consultationis verò hic finis fuit, quod La
cerdos exar
zatum quoq; occidendum esse censerunt. Vides hē rursum, quid boni sacerdotes ex eorū confutationi
in, qui religionem sibi ipsi questrum fecerunt, neq; alium finem sibi propositum habent, quam ut re
cum suum, quod maiis artibus queuerunt, stabiliane. Est tamen imprimis obseruandus istorum
futor cum multiplici iniquitate coniunctus. Quid enim meruit Lazarus, quem sepulchrum & nihil
huius petenter Christus resuscitauerat? At qui innocentem occidere prohibet Lex, que eadem horri
bilem Dei iram ihs denuntiat, qui sanguinem innoxium fundunt. Deinde que dementia est mortem
malitiae, quem miraculo nuper Christus in vitam reduxerat? Pugnam ergo suscipiunt cum eo,
quem nre authorem esse debebant agnoscere, neque vident eum facilius multo Lazarus vitam posse
ueri. Similis furor postea eos exagitat, quando conducta militum cohorte Christum in sepulchro
detinere conantur, cuius diuinā virtutem ex signis, que in eius morte contigerunt, milites poterant
agnoscere, quando item mercenariorum militum mendacis eius gloria obscurari posse putat, quem
reverxisse audiebat. Finit huius generis multa bodie; quò magis nos anniti decet, ne Dei opera im
pium calumnij patiamur obscurari, sed illorum memoria inuitis omnibus conservare studeamus.

Eluet præterea in Lazarus exemplo, que fors sit piorum, qui Christi beneficio ex morte in vita impij insidian
teuunt, veritatis luce fruuntur, ex relicto peccati servitio in vita nouitate ambulat. Vi enim ipsam tur per Christum
veritatis lucem odit mundus, ita neq; eos ferre potest, qui actiones suas ad huius regulam atq; præ
resuscitatio
scriptum componunt. Imprimis vero illis infestis sunt personati presules, quibus vehementissime do

let, quod suo quaestui & honori plurimum derogatur, cuius praecepitum praevidit in vulgi ignorantia constitutum esse nouerunt. Doler preterea alijs, quod piorum exemplo suam nequitiam, erroris & superstitiones argui vident. Fit ergo quod Paulus predixit fore, ut persecutiones perpetuas subsisterent, quotquot pie vivere volunt in Christo Iesu. Ad qua certamina nos perpetuo preparari conuenit, ne illis ex improviso irruentibus offendamur.

Peregrini Christum honoris causa excipiunt. Resiat postrema huic loci pars, qua magis adhuc arguit vanos Sacerdotum conatus. Post enim die intellexit populus, Christum in urbem venturum esse. Itaq; multi ex ijs, qui ad festum iam aliunde adiuenerant, illi obuiam procedunt cum ramis palmarum (quod antiquius vidente fidelium fuit, eo quod palma ponderi non cedit, sed aduersus illud quasi videlicet ascendens fornicatur, Plinij verbo ut ar) & venienti acclamationibus faustis excipiunt. Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex ille Israel. Sunt haec verba perita ex Psal. 118. quo p[ro]p[ter]e solenniter Missa d[icitu]r uenit & regni eius instaurationem petebant. Et h[oc] quidem admirabile Dei consilii considerant, cuius oculo in instanti factum est, ut iſi intrepide eum excipiant, & regem illum promulga[n]t agnoscant publice, que principibus misum & exosum esse sciebant: imo scripturis uti possint ad cantandis eius laudibus, quem scribae profus ignorabant. Imprimis tamen hic obseruari dignum quod ista adueni fecerunt, non Hierosolymitanici ciues, qui propter templi celebritat[er], & celebri aqua omnes sacerdotum collegium, pra[et]er alijs instructi esse debebant. Est hoc frequens admodum bonum, ubi cathedralis sunt ecclesia, populus ferre ruderis sit, & simul pertinacior in retinendis superstitionibus. Cuius mali causa quidem est, quod pinguis illi & opimus sacerdotiis omnes Canonici dant munus negligunt; & ipse populus quoſtu, quem ex illis colligit, contentus, infirmitatem amplius minimè requirit; adeo q[ue]d, quasi pro focis & aris pugnat aduersus eos, qui superstitiones illorum arguit. Interim illud Christi impletur, qui regni sui mysteria a sapientibus abscondi, parvulus autem et sapientibus reuelari seu manifestari dicit. Admonet autem nos omnes officij nostri hoc populi plenum. Oremus indeſinenter pro regni Christi aduentu atq[ue] propagatione, cum ex eo salu nostrum dependeat. Venientem vero ad nos excipiamus gratis animis; neque nos eius pudeat, quamvis pro filiis infestos esse videamus. Agnoscamus eundem victorem peccati, mortis & diabolis, nosq[ue] ipsius imperio subiectiamus, qui nobis vita & salutis author est unicus. Illi debetur benedictio, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C X V .

Nactus autem Iesus afellum, sed sit super eum, sicut scriptum est: Ne timeas o filia Zion. Ecce Rex ille tuus uenit, sedens super pulu[m] alsa. H[oc] autem non cognoverunt discipuli eius primu[m]: sed quando glorificatus fuit Iesus, tunc recordati sunt, quod haec essent scripta de eo, & haec fecissent ei. Testabatur autem turba, quae erat cum Lazarum uocaret ex sepulchro & eum suscitaret ex mortuis: Propterea etiam obuiam uenit ei turba: quia audierat eum edidisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt inter se: Videtis quod nihil proficitis; ecce mundus post eum abiit.

Nemo vestrum fratres dilecti putare debet sine peculiari spiritu suggestione facti sunt. Euangelista simul omnes aduentum Iesu Christi in urbem diligenter describendam elegerunt. Continet enim ea historia non pauca, quae nobis cognitu non uilia modo, verumatis mensaria sunt. Primo enim, quia volens ut uolum ingreditur, a cuius principibus se ad mortem queri habet, palam testatur, se voluntariu[m] mortem subiunisse, ut aeterno patris decreto obediens, & facta dientie merito inobedientie nostra a culpa expiatet. Deinde quia ex crucis ignominia ingressu[m] factum oritur erat, ut huic medeatur, hoc ingressu regiam, vel potius diuinam suam potentiam, maiestatem declarare voluit. Præterea, cum pleriq[ue] regnum eius terrenu[m] fore putarent, & idem rade primatu contentio antehac fuisse inter discipulos, simul docuit hoc factu, quale sit regnum suum.

pugnare ignorantiam & vera cōsolutionis plenum, non terrifcum & sanguinarium, qualia ferē huīus
 mundi regna esse consueverunt. Seruit itaq; huīus historiā consideratio non minus nobis, ne in Chri-
 sti perpeccūm & temporariam felicitatem queramus, quām ijs olim seruiuit, qui ingressus istius spe-
 luores fuerunt. At quia eius circumstantiae à reliquo Euangelistis diligenter & prolixè descriptae
 sunt, Ioannes breviter ati studet, & præcipua modo eius capita paucis perstringit, in quibus ipsi quoq;
 ipsorum sc̄um excludimus, que ad huius loci statum faciunt.
 Primo apparatus describitur, quo Iesus urbem ingressurus rei voluit, & hunc quidem paucissi-
 me verbis complectitur. Nactus (inquit) Iesus a sellum, sedet super eum. Unde vero hunc habuerit,
 Christi.
 is fornicatus, /
 edicimus qui rem
 nuntier. Neptua
 nū filii conjugatū
 illū promulgatū
 vī possumū
 seruatu deponit
 ē, & celebra
 modum hominū
 dñis subfusca
 Canonicū duma
 ionem ampliā
 nes illorū artis
 suis autem &
 ho populi
 salus nostrā
 deat, quāmū
 diabolis nos
 benedictio, p
 tū est: Ne
 illū alīna,
 do glori
 de eo, &
 Lazarum
 ea etiā ob
 Pharisai
 ndus post
 e factū suffic
 scribendum effici
 , reverentiam
 mortem queri
 bedire, & fa
 mā ingens facili
 iam parentiam
 tarent, & idem
 ale sit regnū
 firmū

Apertuile nimirū & vera cōsolutionis plenum, non terrifcum & sanguinarium, qualia ferē huīus
 mundi regna esse consueverunt. Seruit itaq; huīus historiā consideratio non minus nobis, ne in Chri-
 sti perpeccūm & temporariam felicitatem queramus, quām ijs olim seruiuit, qui ingressus istius spe-
 luores fuerunt. At quia eius circumstantiae à reliquo Euangelistis diligenter & prolixè descriptae
 sunt, Ioannes breviter ati studet, & præcipua modo eius capita paucis perstringit, in quibus ipsi quoq;
 ipsorum sc̄um excludimus, que ad huius loci statum faciunt.
 Primo apparatus describitur, quo Iesus urbem ingressurus rei voluit, & hunc quidem paucissi-
 me verbis complectitur. Nactus (inquit) Iesus a sellum, sedet super eum. Unde vero hunc habuerit,
 Christi.
 is fornicatus, /
 edicimus qui rem
 nuntier. Neptua
 nū filii conjugatū
 illū promulgatū
 vī possumū
 seruatu deponit
 ē, & celebra
 modum hominū
 dñis subfusca
 Canonicū duma
 ionem ampliā
 nes illorū artis
 suis autem &
 ho populi
 salus nostrā
 deat, quāmū
 diabolis nos
 benedictio, p
 tū est: Ne
 illū alīna,
 do glori
 de eo, &
 Lazarum
 ea etiā ob
 Pharisai
 ndus post
 e factū suffic
 scribendum effici
 , reverentiam
 mortem queri
 bedire, & fa
 mā ingens facili
 iam parentiam
 tarent, & idem
 ale sit regnū
 firmū

Primū enim sapientia principib; imprimis necessaria, quā populo capitū instar constituti sunt, ut pro omnibus alijs videant, audiant, consilient acque
 agatur. Quod olim Solomon vidit, quem eo nomine scriptura, potissimum commendat, quod op-
 tione libi data a Deo, sapientiam omnibus alijs rebus anteposuerit, quas homines carni et mundo ad-
 didi magnificare solent. Quāmū vero lexiculum videatur, quod in presenti Christus facit, non
 ruzat tamē diuīna omnis scientia specimen fuit, cuius infinita exempla alibi edidit. Ex quibus
 miscollere debemus, nihil eius oculos latēre, neque quicquam accidere posse sine certo diuīna prouincia
 divinitati illis, qui ipsius imperio atque gubernationi subsunt. Veritatem enim supra dixit, se-
 ptembonum esse, qui oves suas nouerit, easq; in numerato habeat. Et hoc plenum dulcissime
 consolationis, quā sola omnes huius vitæ molestias lenire & mitigare potest. Deinde iustitia etiam iustitia.
 obseruantissimum se esse declarat Dominus. Esi enim penes illum sit omnium rerum potestas atque
 imperium, voluit tamen rem alienam temere contrectare, aut inuitis heris a sellum abducere. Quod
 pater more tyrannorum facit, qui subditorum opera, iumentis item & facultatibus vniuersis pro-
 ficiatāne vivunt, & tunc potissimum sibi quidius licere putant, quando peculiari aliqua pompa
 sum magnificientiam ostentaturi ex alieno superbiunt. Non ita Christus, qui quod hic facit, vbiq;
 diu obseruant, adeo ut illum nemo unquam alicuius iniustitiae accusare potuerit. Simul autē pro
 pio exemplo phanaticos rerumpublicarum & economie omnis turbatores arguit, qui sub fidei &
 religione Christiana praetextu bonorum & fortunatum omnium communionem, imò confusionem
 ponit inebere student, & eam inuitis quoque & relutantibus obtrudunt. Qui dum præ alijs reli-
 giosis & Christiani esse volunt, publicē prædantur & religionis nomine furtū excenti. Postremo po-
 tentiam plus quam humana exemplum nobis Christus exhibet. Esi enim nulla autoritate
 publica commendetur, neque armis ullis sit instructus, absens tamen hominum mentes fletit & mo-
 uet, ut voluntarium obsequium sibi præstent. Quam enim aliam causam fuisse dicemus, quā aelli
 sius heros mouerit, ut hominibus ignotis & peregrinis, nulla intercedente stipulatione illum con-
 siderant, nisi quod occule aspiritus suggestione edocti intellexerunt, nihil ei esse negandum, qui seip-
 sum quoque rotum pro salute nostra impedit? Et huius quoque generis exempla passim in evan-
 gelio occurunt: nec mirum videri debet, Dei filio in hominum animos ius & imperium esse, qui
 pro suo arbitrio ventis, fluctibus, imò demonis quoque imperat; Esi enim reuera Dominus exer-
 citum, cuius nutu omnia animata & inanimata obedirent. Habemus ergo regem sapientem & o-
 mniscium, iuslum item & omnipotentem: in cuius consideratione nos inde sinenter versari conve-
 niunt, ut hinc argumenta petamus, quā nos aduersus tentationum assultus consolentur, simulq; ad
 faciendum officium extimulent. Quia enim talis eis Christus, minime timendum eis nobis, ne
 nos ignoret, neis causam nostram negligat, aut non sufficiat nobis defendendis aduersus quos-

cunque hostium tam visibilium quam inuisibilium machinationes. Adhuc, quia ille omnia viles & potes est, iusti item & aqui obseruantissimus es tu, meminerimus nos in eius conspectu virens, dum corda renesque nostros inspicere, dicta factaque nostra omnia obseruare, neque impunitus dimittere eos, qui aliquid prater officium faciunt. Studeamus ergo innocentia, veritatis, iustitiae & sanctimoniae, ut iucunda nobis sit & potentia & maiestatis Christi consideratio, que impunita ficia esse solet.

Causa et mysterium huius ingressus.

Hierosolyma filia Zion.

Christi aduentus non terribilis, sed iucundus.

Secundum ingressus istius adeoque totius facti causam sive mysterium Iohannes exponit, dicens: scriptum est, Ne timeas filia Zion, &c. Quod ipsum Mattheus pluribus verbis expponit, ait, Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem: Dicte filia Zion, ecce rex tuus venit tibi, &c. Ita ergo urbem Christus ingredi debuit, ut omnibus confundatur ipsum esse Regem illum, quem venturum esse in populi salutem atque liberationem, olim prophetarum predixerunt. Quod vero propheta locum, qui Zacharia 9. cap. extat, Iohannes eum non non adducit, simulque verba quedam mutat, in hoc nimis intentus, ut historia totius regnum et mystrium pietatis comedaret, qui est, ut intelligamus, qualis rex sit Christus, et quid nobis ex eius regno sit sperandum. Vbi primò obseruabimus, quod ad filiam Zion prophetarum sermonem dirigunt, Ita vero Hierosolymam nominat communis & visitato scripturarum more, imprimis tamen ecclesiam ipsius intelligit, quam hoc nomine designari notius est, quam ut demonstrari oportet. At si Hierosolymam confidere, qualis fuit quando suo ingressu vaticinum iustum Christus complevit, quoniam inquam hoc nomine dignam fuisse patet. Erat enim superstitionis & falsae doctrina sedes, scolam tristitiae, furum & latronum speluncam, adhuc tota prophetarum sanguinem madebat, cuius effigies auctoritate Christus prophetam non alibi quam Hierosolymis mori posse testetur. Hoc tamen nomine illum patritus sanctus dignatus propter electos, qui in ea reliqui erant. Quod ipsum D. Augustinus observavit, qui in hac verba sic scripsit: In illo populo reprobo & caco erat tamen filia Zion, cui dicuntur: Noli timere, ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinum. Hac filia Zion, cui dominus gloriatur, in illis erat omibus, quae vocem pastoris audiebant, in illa erat multitudine, que dominum venientem tantum deuotione laudabat, tanto agmine deducebat. Hac Augustinus habet: Ista materna consolationis. Docent enim Deum suorum nunquam oblitisci, & pro suis eos etiam agnoscere, cum medio impia nationis ipsum agnoscant atque proficiantur. Qui enim in fundo mare inter ceras & algam gemmas crevit, quae suo tempore in lucem extracta a regibus in precio sunt; eadem opera in modo hoc impuro sibi ipsi filios gigantum, qui omnem mundi splendorem sua dignitate & valore longe preterrant. Et quia idem suos nouit, impiorum malitiam ipsiis nequam fraudi esse patitur. Cum enim minime oportebat, qui nimis precipiti iudicio totas urbes & populos diabolo tradant, in quibus res vita impia vivere consuecant: & dum sibi cauent, eos suo officio defrondant, queruntur & pietatem doctrina & consolatione pia fouere debebant.

Deinde quid filia Zion dicatur, audiamus. Prophetae verba sic habent: Exulta reverentia filia Zion, subtilia filia Ierusalem: en Rex tuus venit tibi, iustus & servator ipse, pauper, redemptor asinus, super pullo (inquam) filio asinorum, Iohannes autem prima verba sic reddidit: Ne timetis Ierusalem: Et quamus minus dicere videatur, reuera tamen idem dicit: imo gaudii & exultationis ex Zion: Et quamus minus dicere videatur, reuera tamen idem dicit: imo gaudii & exultationis ex Zion: Sam ex exprimit, fore nimis, ut omni metu & terrore liberatis meritò gaudete auge exultate. Secundum ergo regnum Christi eiusmodi esse, quod pietatis consolationem & gaudium, non (ut hinc fecerat reges suo aduentu solent) terrorem merumque afficerat. Confessit prophetae verbi angelus, qui baptizauit aduentum pastorum annuntians dicebat: Ne timeatis: ecce enim euangelizo vobis gaudium nigrum, quod erit toti populo, &c. Neque temere ista dicuntur, quando Christus reuera est, quippe gaudium gaudiū veri & solidi materiam atque causas nobis affert. Pellit enim conscientie terror, quippe peccato ensuntur, & ipsam vitam quoque nobis amaram redditum. Diabolus quoque figura suis suggestionibus nouos quotidie motus nostris obicit. Adhuc moris horrorem tenet, ut peccati panam timeamus, quae eius merito ianua vita facta est. Quin mundum hunc, quareque nos est, nobis formidabilem esse prohibet, quando eum cum principe suo ita viceat, ut nihil in amore nostris iuris & imperij habeat. Et haec quidem omnia nobis applicat prophetae, cum dicit: Enim tuus venit tibi. Dicuntur enim ista singulis creditibus, qui per fidem Zion illius spiritualis me-

hac facili sunt. Ad singulos ergo Christus cum bonis suis omnibus perrinet. Venit autem iustus non modo quoad se ipsum, sed ut nobis quoque suam iustitiam impetrat, nosque (ut scriptura loquitur) per fidem iustificet. Itaque seruator quoque venit: quia nullus perditioni & morti locus reliquus est, sublato peccato, per quod illa in mundum introiit. Deinde mites sine pauper venit: ut qui non nobis oneri esse, sed nostra onera in se transferre velit, sicut eius promissiones testantur, quibus eratos & labores ad se inuitat, & ad se venientibus requiem veram pollicetur. Et ne quid dubitaremus, hoc ipsum externo apparatu testari voluit: dum non mores principum huius seculi imitatus est, quos immodus luxus & aula fastuosus splendor subdit onerosos reddit: sed extremitate humilitatis a seculo precario rehicitur, neque alios secum ducit comites, quam qui etiam ipsi in opere afflito, seruilauitus querant, & ludos petulanties instituant. Eadem illi quoque confituntur, qui cum Iesu Christi praecones haberi velint, sua tamen doctrina conscientias terroribus concutant, & de salute dubios reddunt, quos prius consolationibus debebant subleuare. Accidit præterea mundi infelici peruersitas, qui relicto rege Christo, non minus benigno & propria quam iniusto atque potente, personatum eius vicarium suspici, eumque reveretur, qui sibi venit, aliena inuidit, bellorum faces circumfert, & factu plus quam barbarico molestus est omnibus, qui ipsius imperium agnoscunt. Sed ita sibi ipsi pœnas accersant oporeat, qui venientiam lucem contemnunt, ut scientes volentes pereant, dum salutis authorem improbe aspernantur.

Ceterum interseritur aliquid huic narrationi de discipulorum ignorantia, quod ad huius myste rie confirmationem facit. Nam diceret aliquis, discipulos consilto a sellum adduxisse, ut hoc pacto mysterij heretas. Zacheria testimonio abusi & rudi populo facum facere possent. Obiiciunt certe hoc nobis Iudei homines, qui nimis ridiculos esse ait, qui asini testimonio conemur probare, Iesum esse promissum illeum populi seruatorem. Quasi vero non alia multa huic vaticinio insint, quæ nostram sententiam confirmant. Veteres sane Rabbini, ut ex Rabbi Solomone apparet, locum hunc de nullo alio quam Messia exponi posse dixerunt: ed quod addatur, Et dominabitur a mari ad mare, &c. Quia vero ex infinitatis locis euincitur, Iesum esse Messiam, recte nos hunc etiam in illo impletum fuisse dicimus. Sed ut ad discipulos redeamus, ostendit Joannes adeo nibil ex compagno hic factum fuisse, ut ne ipse quid ageretur in cellexerit. Nam & scripturarum rudes erant, & quāvis locū istum fortassis aliquando recitari audiuerint, nunc tamen illis non veniebat in mentem: imo esti in mente non rem, mysterium tamen & verū eius sensum ignorabant: & eo usq; durauit ista ignorantia, donec Christus in gloriam patris receperit spiritum suum super eos effudit, quo illuminati intellexerunt, hoc (re multa alia) non temere, sed ex occulta spiritus suggestione secundum scripturæ veteris traditionis factum fuisse. Habet ergo fides suos gradus & incrementa, neque primo statim die plenariorum mysteriorum Christi cognitione percipiunt electi: quod ipsum Christus Marci Cap. 4. simus parabola pulchre explicat. Quapropter non statim damnari merentur, qui aliqua adhuc ignorantia in re normulli numismi insolentes sunt, qui scientie fiducia elati ipsis calos digito continuo sibi videntur. Interim cogitemus studio frequenter opus esse, ut quotidie proficiamus. Quod tunc commendissime sit, si quecumq; proponantur cum scripturis conferamus, de quarum autoritate & sumper diximus. Addamus harum lectioni assiduas preces ad Deum, ut in spiritu sui lucem in animis nostris ascendere dignetur: Ita fiet ut clarior a nobis indies reddantur, quæ prius obscuriora erant. Quod si nonnulla adhuc nos fugiunt, meminerimus, nos dum hic viuimus, ex parte modo cognoscere, & ex parte propheta fore autem tempus etiam nostra glorificationis, quando coram intuebitur salutis & regni celorum mysteria: & tunc impijs quoq; hostilibus magno suo dolore patebit, quæ illigoria sit, quam sue mortis merito nobis Christus acquisiuit.

In tota autem ista actione laude dignissima est discipulorum obedientia: qui eti mysterium huic negotiū non intelligenter, Christo tamen obsecuti sunt, & a sellum (sicuti iussi erant) adducunt. scipulorum. Negatos ab hoc officio reuocat vel incivilitatis vel periculi species, quæ se ipsis offerebat. Nam ergo

didicerant suas rationes eius verbo subjicere, qua præcipua vera sapientia pars est. Et quia ad contradictione Domino obtemperant, felici etiam successu vntuntur. Requiritur hoc ipsum ab omnibus, qui Dei cultores haberi volunt. In lege enim prohibemur facere quod nobis bonum videtur, si simpliciter Dei preceptis obsequi iubemur: adeò ut ab illis ne ad dextram quidem, id est, non in ipso & sancto animi instituto deflecamus. Quād primum enim nostræ carnis sensum, & quād nobis obicit rationes audimus, officijs nostri immemores turpiter peccamus: cuius rei exemplum Saul habemus, in quorum confideratione inde sinenter versari conueniebat eos, qui hodie in sua pietate sibi ipsi sunt opere placent, ut eius dictata manifestis Dei decretis opponere non verentur. Ut vero ista in omni alia actione, ita in religione cum primis obseruari debent, in qua iam prudam datum esse scimus omnem cultum, qui humanis traditionibus nescit.

Populus quo modo hoc factum affectus fuerit.

His interpositis redi Ioannes ad populum, quem in duas partes distinguit. Primo enim qui Bethani fuerant, cum Lazarum ex mortuis resuscitaret, de hoc eius factu publicè rostatim; Alij vero istorum testimonio & prædicatione excitati, ex urbe ipsi obuiam processerunt & nientem honorifice excipiunt. Et hi quidem omnes, quam de ipso conceperant existimationem, ruris testantur, ut alij annotarunt. Alij enim vestes suas in viam sternant: alijs decerpit ex arborebus ramis & frondibus omnia replent, quā ille venturus erat: alijs palmarum ramos ante ipsi illum deferunt, ut victorem esse profiteantur: omnes vero isti simul acclamationibus saeculū cōtū illi bene precantur, adeoque illius regnum publico testimonio celebrante, de quo nup̄ dicimus. Inter quā primum obseruabimus, quod publicè illud prædicant, quod sacerdotibus atque plurimis quam maxime dolebat: imò regem & servatorem suum agnoscant, quem secundum illorum edita non licebat magistrum sive doctorem agnoscere. Eccl ergo exemplum hoc per persuationem dignissimum, ne propter mundi improbatatem opera Domini cælēs, quibus & huic propria propagatur, & plures alij in eius cognitione atque vera fide instrui possint. Eccl enim in vere confessionis pars sive species, in qua nos intrepidos & sinceros esse conuenit, ne quid turpis simulemus aut dissimulemus: quando non temere dixit Dominus: Quemcumque puduerit & verborum meorum, eius pudebit quoque filium hominis, quando venerit in gloria patris cum sanctis angelis. Admonet nos præterea locus hic de vsu miraculorum atque operum Christi qui est, ut ipsum agnoscamus vitæ & mortis Dominum, vnicumque salutis auctorem sive proxinde relictis impensis præsulibus, qui religionem sibi quaestum faciunt, ad illum exeamus, ut nostraque omnia substernamus, adeoque nos illi sistamus viuentem hostiam; de quo alibi usque eccl dictum.

Phariseorum de hoc facto iudicium.

Sequitur postrema huius loci pars, qua sacerdotes et phariseos denuo inducit, ut videamus, modo isti hoc factum acceperunt. Pharisei (inquit) dixerunt inter se: Vidois quod nihil proficit ecce mundus post eum abiit. Ergo in rabies maiorem accensi seipso accusant, suam ignoriam suam exprobant, quā malum hoc passi sint è vsque serpere & progreedi, ut iam incurabile propositum factum. Ita enim dicere videntur, qui reliqui vehementiores erant: Annon prædiximus lucifer, & idè saepe monuimus, ut matrum & seruum huius opprimendi consilium ceperit? Sed his fabulam narravimus. Nostra ergo ignorantia & stolidæ cunctatione factum est, ut quinque parvulos modo pisces discipulos habuit, nunc ingentem vndeque ad ipsum confluentum turbam cum ducat, & iam in eius partes Hierosolymitanis quoque ciues inclinet, quos hucusq; vostra auctoritate in officio continere poteramus, &c. Quo loco primum occurrit, impios, qui prius affecti glorie Dei & publicæ saluti præferre consueuerunt, nullis neque signis neque exemplis mouere resipiscant, sed indies in peius proficer: adeò ut cum ipsis Deo pugnam suscipere non videntur, quando illum victorem & Dominum agnoscere debent. Exempla huius contumaciae dum fuerunt Pharaon, Saul, Achab, & infiniti alij, quorum veteris testamenti scriptores meminerunt. Quibus nunc isti accedunt, quorum ea fuit infania, ut luce meridiana clarus se exercentem. Ihesus gloriam suis consilijs opprimi posse existimauerint: Imò per ipsis haec tamen fieri posset, quia et Christus fecerit, que omni humana virtute excellentiora esse, ne ipsis quidem demones nego potuerunt. Atqui vicinam non etiam hodie flabella eiusmodi excutare satan, que principum derribus similes plantæ voces ooggantunt, & in rabiem nouam accendunt eos, quas operum Delitiæ.

C. Et quia alij
ipsum ab omni-
um ridetur, id est,
non tam
lum, & quasi
rei exemplan-
si hodie in Iudea
non reverentur
qua tam pridem

deratione debebant ad pietatem excitare. Sunt inter hos precepui, qui si nominis & officij sui ali-
quam haberent rationem, non in regum aulis versarentur, sed ecclesias, quarum antistites se esse pro-
ficiunt, Dei verbo pascentur. At horum dolis atq; calumnijs ferè fit, ut reges immani furore in
propria vistoria graventur, dum sua fidei commissum populum propter puriorem fidei doctrinā gra-
vissime affligunt, nec modo priuatos homines, verum etiam interdum in totas ciuitates, sibi in cate-
ris obsequientias, horrenda crudelitas exempla edunt, omniaq; ea faciunt, que ab immanissi-

Videamus autem, quæ causa istos ad tantam rabiem extimulauerit. Ecce mundus (inquit) Phariseis dolet
per eum dicit. Mundi vocabulo populum intelligunt, quem totum in Christi partes cōcessisse quia
populi secessio.

Primo enim quod
vice restringit,
cesserunt ut no-
minationem, re-
sponsus ex alii
mos auct & pri-
bus fauiss & la-
o nuper dictum
tibus atque p-
m secundum alii
hoc pertenimus
bus & humi-
bus. Etsi enim he-
cne quid iuris
que pudorem
gloria patru-
e operum Christi
ut hunc offi-
exearunt, illi
quo alibi expi-
tibus illi
admodum
ignava-
incor-
adiximus
operari. Cui
qui iniuri-
tum erat
tum acia olim
membris
e exercitum
suisse putau-
n demones usq;
qua principia
operum Dacu-
derunt

videtis, quæ sola hunc illis dolorem mouebat. Nec enim multum curabant,
que nam populi fides aut sententia esset de facie & religione, modo schisma nullum fieret, quod ipso
rum exsuffiatione & questui derogaret. Eadem causa nostros quoque aduersarios hodie exagitat.
Quoniam secure enim populi salutem simul & Dei gloriam negligant, tan ex ipsorum moribus, quam
ex populi cui profunt exemplo apparer: in quo summa licentiam & manifesta sceleris facile ferunt,
modo nihil dicatur aut fiat, quod ipsorum commodi priuatis deroget. De Paulo tertio Pontifice
fuit, quid in eos, qui religionis & doctrinæ ergo in vinculis derinebantur, inquisitionem non usq;
ad regiam fieri iubet, quoad fidei articulos, modo sedis Romana dignitatem non hostiliter op-
ponant. Ut enim natura humana erat, ita illi satis esse videbatur, si gradum suum obtinere &
continuare posset. At hodie multorum ea est rabies, ut quamvis licet ipsis per euangelicos principes
sui honoribus & redditibus frui, nunquam tamen definit sanguinaria aduersus pios Christi cul-
tus consilia inire: ut a nimis ipsis aduersariis exigante conscientia, que ipsis omnia suspecta facit, & timo-
rit at terrores illis obicit, ubi nihil periculi timendum erat.

At hic nos consoletur, quod tales aduersus seipson sententiam ferunt, adeoq; vaticinium edunt, Hostes Christi
cum verius iam inde ab ore condito infinitis exemplis esse confirmata. Videtis (inquit) quod contra seipson
nihil proficit? Reuera enim nihil proficerunt, quamvis populum infidolis persuasionibus in suas
partes postea retraxerint, Pilatum improbis clamoribus ad ferendum capitalem sententiam coge-
runt, ino in cruce suspensum Dominum omni convictiorum genere obruerint, & crudeliter occidum
in morte & sepulcro adhibita milicium armatorum cohorte voluerint detinere. Surrexit enim à
morte Christus, & milices istos sue resurrectionis testes atque precones constituit: nec multò post illu-
m triumpho vicitricem carnem, quam ex nobis assumperat cœlis intulit, & inde spiritum sanctum
misit Apostolis, qui eius virtute animati donisq; varijs instruti, Euangeliū in ipsa virbe Hiero-
solyma tanto successa predicarunt, ut intra paucos dies multa millia hominum apertam à sacer-
dotibus secessionem faciente, & ecclesiam propriam constituant, que propter miracula, vita innoc-
entiam & manifesta diuina protectionis indicia ipsis quoque hostibus terrori fuit. Et quamvis nouos
fures illi conciperent & persecutionem instituerent, in qua Pauli rabies praecateris eluxit, tamen
ne cum quidem aliquid proficerunt: sed dispersis hinc inde fidelibus, qui intra Hierosolymæ mœnia
se habentes continuarent, regnum Christi per omnem Iudeam late propagatum est, & ipse Paulus
non sine miraculo conueritus, fidei doctrinam per Asiam et Europam incredibili cum fructu pre-
dicavit. Ino cum ne sic quidem Christo manus darent, hoc unum proficerunt, quod urbe per Ro-
manos exisa, tota Iudaorum gens per totum orbem dispersa & horribile iudicii diuini exemplum
follis. Secuta sunt huius generis exempla in Romanis Imperatoribus, qui simili rabie aduer-
sus Christiregnum pugnarunt. Quid enim proficiant suis consiliis, qui aduersus Deum insurgunt,
cum destra a eterna sunt & inviolabilia? inter qua præcipuum est, quo Iesum Christum Zio-
ni, id est, ecclesia sua regem constituit, ad quam gentes omnes colligi debeant. Oppugnatur
quidem eundem hinc ab ipsis, sed reuera lapis ille onerosus est, quem nemo impune contraacta-
uerit, sicuti Zecharias prophetæ Cap. 12. docet. Neque desunt exempla nostri seculi, que ipsis fi-
dem faciente, Simus ergo constantes in Domino, & cum ipsis tanta perinacia aduersus propriam
conscientiam luctari videamus, pudeat nos in causa bona & sancta signauiores deprebendi: que cum
nra nostra, sed Iesu Christi sit, minimè timendum fuerit, ne eam ille vincit aut opprimi patiatur.

Ecc enim ipsa Veritas, & Dominus exercituum, cuius ferreo sceptro comminuerunt, quicquid pedo eius salutari regi nolunt. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

HOMILIA CXVI.

Erant autem quidam Graeci ex ijs, qui ascendere solebant, ut adorarent in festo. Iste ergo uenerunt ad Philippum, qui erat ex Bethsaide Galilaeæ, & rogarunt eum, dicentes: Domine, cupimus Iesum uidere. Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas rursus & Philippus dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis dicens: Venit hora, ut glorificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti lapsum in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si uero mortuum fuerit, multum fructum affert.

Multa quidem scripturæ veteres de hostium Christi consilijs atque conatus differunt, quibus regnum eius perpetuo oppugnaturi sint: simul vero eiusdem gloriam atque potentiam dingerent exponunt, quæ nullis impiorum viribus obscurari possit, quod minus se exerat, & innis quo aduersarij dominetur. Exempla huius generis Euangelistæ multa passim proponunt, inter quæ notabile est, quod huius Cap. historia nobis exhibet. Audiuimus enim in precedenti Cap. sceleris coniurationem, qui vnamini consensu decreuerunt, ut si qui Christus ubi sit norint, illum uident, ut de eo mortis supplicium sumant. Sed quid suo illo edicto proficiunt? Nihil proficiunt. Primo cum quam plurimi ex verbe Bethaniam excurrunt, ut Christum & Lazarum eius virtute resuscitato videant. Deinde eidem Christum honorifice deducunt, & insciij licet faciunt, quod olim Lazarus de illo prædixerat. Præterea alij fama excitati, obuiam ipsi progrediuntur & omne offici geniti præstant. Et ut alij Euangelista annotarunt, non in angulum aliquem obscurum se ille recipit, ne illuc lateat, sed rectâ in templum diuertit, cuius reformationem mox aggrexit, dum ex eis uidentes & ementes ejicit, numulariorum mensas euertit, & de templi legitimo usu publice concordan. Et hæc quidem facit tanta cum autoritate & successu, ut pharisei quoq; querantur, irrita efficiunt aduersus illum consilia, neq; se habentus quicquam aliud profecisse, quæcum quod totus prope munus ipsi relatis illum sequatur. Confirmantur ista nunc nouo exemplo, quod in prefenti Ioannis dictib; & quod eiusmodi est, ut & Iudeorum ingratitudinem palam arguat, & Christo noue causam occasionem præbeat: quia primum de regni sui propagatione inter gentes disserit, & ita suas per Iudeis non obscure denuntiat: deinde docet etiam, quæ via & ratione nos quoq; ad gloriam, quamvis in ipso proposita est, perueniri possumus.

Graeci ijde qui
& gentes.

Primi autem producuntur, qui toti huic tractationi occasionem dedere. Fuerunt hi quidam Grecorum ex eorum numero, qui diebus festis Hierosolymam ascendere solebant, ut in templo adorarent. Solent autem in novo testamento Graeci dici gentes, & quicunque à republica Iudeorum alienarentur, sicuti ex Pauli epistolis appareat. Ratio eius nominis inter Iudeos principia fuit, quod plerique populi Orientis Graecie loquerentur, illi vero Hebraicam linguam, vel ex ea derivatum Syriacam, excolere & seruare studerent, eò quod in illo Lex & prophetarum libri descripsi essent. Ergo ex gentibus illi fuerunt, quod veteres quoq; interpres senserunt, ex more tamen Hierosolymam ascendebant, ut illuc Deum adorarent & sacra facerent. Quod nemini debet mirum videri. Nam eis Iudeorum religionem non per omnia probarent, neque per leges Romanas liceret ad Iudeismum transire, magna tamen erat templi Hierosolymitani celebritas, quam Herodis exemplum hanc duodecim rem fecerat, cum in templum nouum incredibili sumptu ædificasset. Præterea non dubium est, quod plures ex gentibus aliquam veri Dei cognitionem affecti fuerint ex Iudeorum consuetudine, prout per omnes propæ terras dispersi erant. Quæ causa est, quod Lucas in Actis frequenter religiosorum meminit, qui Iudeorum synagogas ingredi solebant, & ferè primi fuerunt, quibus Apostoli Euangelium prædicarunt. Et qui tales erant, interdum ad templum veniebant, ubi Deum cultus sedem ordinariam esse voluerat: cuius rei exemplum in Eunucho Æthiopie idem Luciferus proponit.

proponit. Neq; tales Iudeis abominationi erant, ut reliqui ex gentibus, qui veri Dei notitia prorsus
carabant, & sacra Levitica prophano contemptu aspernabantur. Habebant enim Solomonis orationem, qui in templi primi dedicatione gentibus quoq; illuc adorandi copiam fecerat. Sic enim ille dicit in priori Regum Cap. 8. Alienum quoq; qui non est de populo tuo Israel, qui est longinqua regione propter nomen tuum venerit (audient enim nomen tuum magnum, manum tuam robustam, atq; brachium tuum extensem, videntib; oraturi in domo ista) audies tu in caelis, in habitaculo mansionis tuae, fuitque omnia, pro quibus alienigena clamauerit ad te, ut cognoscant omnes populi terrae nomen tuum. Ita vero gentes ad regnum Christi preparari oportuit, quod suo tempore ad ipsas debebat transferri. Et commode ad eam rem Deus Iudaorum hinc inde dispersorum opera Christus est, licet illi Christianum immam odio prosequerentur: ut ita constaret, negotiis hoc omne non humanis artibus, sed domine prouidentiae consilio gubernatum fuisse. Nobis vero hic obseruandum est, regnum Christi, non minus gentium finibus concludi, sed per totum orbem extendi, sicuti olim prophetae non uno loco praedixerunt. De quo ut minus dubitari posset, omnibus seculis inter gentes reperti sunt, qui veri Dei cogitatione aliqua imbuti, superstitiones sibi cauendas esse putarunt. Imo voluit Deus primum tabernaculum ex Egyptiorum spolijs contexi, postea vero in primi & secundi templi aedificatione Tyriorum & diarii gentium opera atq; liberalitate Christus est, ne quis regnum suum solum Iudaorum genti alligatum putaret. Servit hoc institutioni simul & consolationi, ne vel aliquos temere damnamus, vel nosipsi proper gentie aut locu[m] unde oriundi sumus, a salutis consilio exclusos esse arbitremur.

Videamus autem, quid isti fecerint. Venerunt ut adorent in die festo Hierosolymis. At qui potest Greci uenirent hoc domi facere, quando constat adorationem & cultum Dei loco nulli esse alligatum: neq; dum adoren in eum, illorū frequenter preces fuisse, & Deum coluisse in spiritu & vita innocentia. Sed quia tunc festo, ubi adhuc durabat exercititia illa externa fidei & pietatis, qua Deus in Lege instituerat, illa minime negligenda esse putarunt. Non ergo sumptibus parcunt, non laborem ullum subterfugunt, non suorum genitilium famis & ludibriis abstinentur, quod minus veri Dei cultu[m] publice confiteantur, & eius populi societate ambiant, quem promissionibus & certa religionis forma a Deo donatum fuisse intellexerat. Pudeat ergo sua negligentia & ignavia eos, qui sacra, que domi sua exercentur, impetrant negligunt, & vel somno indulgeret, vel ludis inutilibus vacant, aut lucro turpi student, dum ajetato jacobs ingreduntur, Dei verbum audiunt, precantur & sacramentis Christi comunicant. Tefstant illi hac sua negligentia, se Dei cultum & ecclesie societatem non magnificare, adeoq; indignos esse, quos pro suis agnoscat Deus, cum ipsis verae fidei & cultus sui professione tam secure neglegant, cuius omnes sancti semper studiosissimi fuerunt.

Deinde Christum cupuerunt videre Graci illi, nimirum quod doctrina & miraculorum eius saepe Greci Christum longe latè parci audirent, & recens resuscitati Lazari miraculum in omnium ore esset. Postea uidere cupiunt, ut hoc curiosum videri, sed quia zelo gloriae Dei ipsos flagrante audiuimus, pium quoq; fuit hoc desiderium: impium vero fuisse nulla eius cura tagi, quem tot tantisque miraculis illustrè esse intellexerant. Inter ea autem modestè agunt, quando non temere aut impudenter in Christi conspectu rurunt, sed Philippum prius coenunt, ut hic nimirum ad illum ipsis adiutum pareat. Quo exemplo Papistæ Diuoram intercessionem stabilire putant, qua nobis opus esse aiunt, ut in Christi conspectu admittantur, qui deinde nosfer apud Deum aduocatus atq; mediator sit. Sed nimis ridiculè est illud commentum. Primum enim ex facto, quo modestia & reverentia commendatur, quam hominibus in magna dignitate constitutis debemus, dogma fidei conslituit, quod Christi præcepto repugnat, qui omnes laborantes & oneratos ad se venire iubet. Deinde Grecos istos in exemplum trahunt, cum quibus nihil ipsa communè est & simile. Illi enim Philippum in terris agentem cum Christo conueniunt, ipse vero apostolos in celis iam eterno gaudio fruentes sollicitant. Rursum illi Philippo sui animi desiderium simpliciter exponunt, neq; quicquam à communī more alienum faciunt: ipsi vero Diuos inuocant, & illis vota faciunt, adeoq; in illos transferunt cultum, qui unī Deo debetur. Præterea Christum instar terreni principis esse singunt, & regnum Dei aulū regum huius seculi simile faciunt, ubi infinitus mediatoribus opus est, ut in principiis conspectum admittantur. At longè aliud ipse Dominus docet, quando per Iacobū sic loquitur: Cogitationes meæ non sunt cogitationes vestræ, neq; via vestra via mea. Sed quemadmodum celi terra sublimiores sunt, ita excedunt via mea vias vestras, &

cogitationes meæ cogitationes vestras, &c. Nihil ergo ad Diuorum intercessionem locu iste facit. Attamen non negauerim, hoc factum typum contineri, quo primum adumbratur, & tunc per apostolam ministerium Christi adduci oportet et deinde omnes homines admonentur, quos imitari & audiire debant, si in Christi cognitionem & salutis per ipsum acquisitam societatem venire cupiunt: apud hinc nimirum, & quoscunq; vident horum doctrina illuminatos & Christi amicos factos esse. Errant hic perniciose admodum, qui cum Christi & fidei zelum magnificat, praetexant, eos tamen audire & sequuntur, qui professione, vestitu, gestibus & infinitis alijs indicijs se non Christi, sed hominum discipulos atq; seruos esse profitentur: ut interim de illis nihil dicamus, qui Conciliorum decreti se habuicunt, in quibus cœl Ariopagite quidam præsident, qui aduersus doctrinam Christi iam præconiuerunt.

Apostolica prudens & modestia exemplum.

Sed ad Philippum transamus, qui nec ipse hos confessim ad Christum ducedit: nimirum, quod mysterium vocationis gentium adhuc ignoraret, & ipsum Christum aliquando dixisse audiuisset: iam gentium ne abieritis, & in civitate Samaritanorum ne ingrediamini, &c. Item: Non sum Iesus, nisi ad perditas ones domus Israël. Inter ea autem non superbe aut indignè rejecit, quos Christi filios esse videbat: sed prudenter rem cum Andrea comunicat, qui & concius ipsius erat, & primi Christi consoritum fuerat vocatus, sicuti cap. primo audiuimus. Et hi quidem ambo simul haec sam ad Dominum referunt. Est hoc præclarum prudens & modestia apostolica exemplum, quod nisi ei voluit spiritus sanctus, quos nondum plena & perfecta virtute afflauerat, ne doceret quid dispensando regni Dei mysterijs obseruari oporteat. Opus hinc est prudenti cautione, ne marginas istas canibus & porci prosciampamus: simul vero cauere nos decet, ne superbo & fastidio contumaciam inhumanitate improba oblatis nobis occasione negligamus, quibus aliqui luciféri possunt. Et hinc quidem cum Paulo apostolo meminerimus, nos omnibus hominibus debitos esse, nec quenquam propter nationem aut vitam sua conditionem negligi debere. Imò hinc cum primis peregrinorū habenda est, cum quid hos nobis Deus in scripturis passim commendat, tunc quid regnum Domini alia ratione citius & latius propagari potest, quam si exterarum & diversiarum gentium homines in Christi cognitionem adducantur. Sunt ergo à Christi spiritu alienissimi, qui vel peregrinantes ex humana terrena oderunt, vel corā adueniunt & exierunt fidem suam dissimulat, vel in sua maledicentia eos absterrunt, ne conciones sacras accedant, quibus infide vera poterant inveni.

Christus discipulorum de regno suo opinio nem confusat. Porro Christum audiamus, qui discipulorum relationi responderet, non autē directe sed ratiōne admoneat, quæ ipsis cogniti quam maximè necessaria erat, & errores cōfuerit, quos illi de suorum no iam pridem ex communī Iudeorum opinione conceperant. Sognabat enim (ut iā sepe dicimus) regnum terrarū, & in eo sibi dignitates, opes & laeta omnia pollicebantur. Et credibile est, secundum huius sibi nouam concepsisse, quando Christum à Iudeis quidem tanto cum aplausu in instar regni acceptum, gentes vero eiusdem desiderio iam accensas esse videbant. Sperabant itaq; regnum sibi unum facilem cōstitui posse, & vndiq; cōfluxuras copias, quibus se aduersus vim hostilē defendant. Ne ergo illos Christus in cōcepto errore confirmet, aut occasionem præbeat aliquam res nouas tentandi, de duobus eos admonet, quæ omnem errorem istum validissime confutant. Primo enim de sacrificatione differit, & eius rationem perspicue exponit. Deinde doctrinam hanc illis applicat, & quod ipsis eventurum sit docer, & eos ad crucem ferendam excitat rationibus idoneis & validissimis.

Quod primum, sic ait: Venit hora, ut glorificetur filius hominis, &c. Vocat autem glorificandum Dominum, glorificam sui nominis propagationem per orbem terrarum, que per euangelizationem facta sunt, & qua mox fieri cœpit, postquam ipse pro nobis in mortem traditus, & exanimatus resuscitatus nostræ redemptoris negotium peregit. Seniū ergo verborum est: Ne mireris Graecis meum colloquium expetere. Nam enim in stat hora, quando euangelium in toto orbe prædicatur, & huius doctrina gentes etiam instituta, me suum seruatoꝝ & Regem agnoscant: neq; (ut ratione) regnum meum Iudea & finibus concludetur, sed per omnes gentes ad fines ysa orbi terrarum propagabitur. At ne mortis & crucis eius ignominia offendetur, præoccupatione vinit, quæ & rationem illius omnem & fructum eiusdem yberrium exponit, sic dicunt: Amen amen dicitur, nisi granum frumenti lapsum in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si vero mortuus fuerit, multum fructum offert. Assuerationem præmitit, quæ illi iurisurandi loco est, quia de in-

n locuſte fac-
es per apofolari
ari & andri de-
spini: apofol
eſſe. Errant
n audire & fe-
l hominum de-
creuiſſe. ſolū
riſſi tam pridem
nimiriſſim, quid
ſſe audiuiſſe: la-
r: Non ſum mi-
ſos Christi ſu-
erat, & priu-
lo ſimil baneſſa
emplam, quid n
et doceſſet quid
ne ne magne
tidoſo contem-
riſſi peſſimis. Di-
ſſe, nec queſum
regrinorūm
regnum Diven-
um gentium ho-
ui vel peregrin-
mulaſſe, veſtia-
poſterant inſi-
reſſe ſed vi-
nos illi de for-
ia ſepe diſmu-
diſſe eſſe, con-
ſua in ſtar regu-
regnum ſuū in
m defendant. Ni-
ſe nouas tentati-
onē ſuū glori-
ſe, ex ea
mireniſſim
rbe predicationis
i ſuū orbiſſe
tione viuit, qu-
nen amen diu-
ſi ſi vero mortua-
loco eſſe, quia de-

granī & neceſſaria hinc agitur. Sic autem ait: Priusquam fiat quod modo dixi, me ignominiosam cru-
ci mortem ſubire oportebit, & multa ſaint prater vestrā expectationem, quando amicos ſimul &
ipſipſos turpiter dilapſos, hostes vero quaſi victoria aduersus me parta inſolēter ferociter videbitur.
Et non debet iſta vos terrere, neq; ideo aliquid regno meo deceſſurum putabitis. Eadem enim mor-
tuæ ratio eſt, que ſationis. Nam ut frumenti granum, quoad in horreo aſſeruantur, ſolum manet
& plane in frugiferam eſt, terra vero & fulcra commiſſum, & in illis emortuum, fructus feri pluri-
mos, & magno cum favori ad agricolā redit; Ita niſi ego morerer, nulla eſſet carnis mea ex Maria
aſſumpta viuitas, & ego ſolus manerem Dei filius regni, caeleſtis haeres: at ubi in arca crucis mor-
tua poſtea ſepulcrum fuero, eunc non ipſe modo à morte reſurgam, verum etiam fructus feram co-
pios, quorum uſus & uilitas ad plures alios redundabit. Nam peccatum mez carnis & ſanguinis
ſacrifici expiabo, & mortis aculeum auferam, & veteris ſerpenti caput conteram, ne ſua tyran-
nide porro premat genus mortalium, vos autem meo ſpiritu donatos ad praedicandum emittam, qui
breui temporis ſpatio orbem totū incredibili ſuccetu percurretis, & electos meos ex omnibus nationi-
bus ad me ecclęſię ſocietatem congregabitis, qui & iſi meo verbo atq; ſpiritu fecundati fructus
ſiderum ferent, & nouis mihi quotidie diſcipulos adducent. Itaq; ego quidem ex morte glo-
riofor reſurgam, vos autem horū memoris, vanas de regno terreno cogitationes deponite, in hoc ma-
giſtratu, ut officio fideliſter fungamini, cui vos destinatos eſſe auditis. Hęc verborū Domini ſen-
tientiaſt, quibus & regni ſu rationem perſpicuā explicat, & diſcipulos officij ſuī admoneſt.

At nos hic obſeruabimur primò, glorificationē Christi & regni eius in euangelio praedicatione Glorificatio
confiſſore, quoad hoc preſens ſeculū. Per hanc enim ille hominibus innotescit, qui niſi per euangelium Christi ex eam
inſtituentur, ex ſemeriſſis nibil videm aut intelligunt. Norū eſt enim illud Pauli: Quomodo credent gelij praedicatio
ni, neq; non audierunt? quomodo audent abſq; praedicanter? Ergo euangelij praedicationem ſedulū
ſicut & prouehant, quicunq; vel Christi amantes vel regni eius ſtudiosi uideri volunt. Et biue ſi
mal appetit, eiusdem hostes eſſe & inimicos, qui euangelij curſum impideſſtudent, & ijs moleſtia
evident, penes quos illius doctriṇa ſonat. Quò Paulus reſpexit, quando Iudeos Christi inimicos ad
huc eſſe ſcribit, eō quòd apostolis reſiſtant, quòd minus euangelij inter gentes praediceatur. 1 Thess. 2.
Quod vitam expenderent, qui cum ecclęſię Christi capiſſe & propagatores uideri velint, in ſo ſa
men laudem quaerunt, quòd euangelium pertinaci odio vbiq; locorum perſequantur.

Deinde grani ſeu frumenti ſimiliuſdo propter multiplex myſterium diligenterius expendi debet. Simile de gra-
A hanc enim pertinet, quòd ſupra ſe panem vita eſſe dixit, & quòd nos in illo vnum panem factos, no frumenti,
iſe ait Apoſtolus, Et fanē multa hic concurrunt, quibus Christi & ſalutis noſtra cognitione illuſtrā-
tur. Primo, ut granum nō propter ſe, ſed propter fructum ſeminatur, quem ex eo ſperat agricola: Ita
Christus Iesu nō ſuipſius cauſa, ſed propter nos homo factus eſt, ut nimirū fructu ſue incarnationis
no beatos & felices redderet. Erat enim ipſe in forma Dei, adeoq; vnu cum pare eſt ab aeterno, &
pride nequaquam opus habuit, vt nouam aliquam ſibi gloriā acquireveret, niſi Deum alicuius in-
digat, aliudquando uifſe dicamus, quod vel cogitatū absurdum atq; nefarium eſt. Deinde nullus ex
grano fructus enati poſteſſe, niſi in terra & glebi mortuum germinet & denuo ſuccreſcat: Ita nec Chri-
ſtu aliud fructu hominibus attulifſe, niſi in aſſumpta carne mortuus, & in eadem reſuſcitatus,
illius merito peccati expiatiſſet, & deuicta morte vitam nobis reſtituifſet aeternam. Ideo ſupra de car-
ni ſu fructu & manducazione loquens dicebat. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo
pro mundi vita: docens nimirū carnem ſuam etenim nobis ſalutarem & viuificam factam eſſe,
quatenus pro mundi vita data eſt, quod non alibi, quam in morte ſuā arca crucis factum uifſe notiuſ
iſi, quam ut demonstrari oporteat. Sunt ergo nimirū ridiculi, qui de eius manducazione corporali
niſiſſum contendant, quam iniutilem eſſe eodem loco diſcretū teſtatur. Præterea ut granū frumenti
fructu ſu ſimilem; Ita Christus ſuā mortis merito nos ſu ſimiles fecit, vñctos nimirū Dei, id
iſi reges atq; facerdotes, adeoq; filios Dei, nō quidem naturales, ſed adoptiuos, qui ſpiritu regenerati
merem hominē exuerunt, & illius reſtigia ſecuti in vita nouitate ambulant, atq; olim cum ipſo
regi caeleſtis hereditatem adibunt. Qua nota vero Christianos à falsoſiſſis diſcernere poſſimus, qui cum
eius nomine gloriantur, vita tamē & moribus ſe ab eo alieniſſimos eſſe non obſcure produnt. Et hęc
in primam reſponſionis Christi partem diſta ſint. Dicant ſinguli bonitatē Dei agnoscere, qui filium

suum pro nobis hominem fieri & mori voluit; amplectamur autem hunc nostrum redemptorem
ra fide, ut & nos in illo fructus feramus professione nostra dignos, & cum eodem in celis vivamus.
Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

HOMILIA CXVII.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odiat animam suam in
hoc mundo, in uitam aeternam custodiet eam. Si quis mihi ministraverit,
rit, me sequatur: & ubi ego sum, illuc & minister meus erit: & si quis
mihi ministrauerit, honorabit eum Pater.

Quoniam discipuli in Christo Iesu regnum terrenum somniabant, frequenter ille de cruce
morte sua coconatur, quod minus ea offendantur, & quid de seipsis in mundo debeant sperari,
intelligant. Factum hoc in ijs etiam, que proxime praecesserunt. Cum enim triumphantia infernorum
ingressus esset, & non modo Iudeorum acclamacionibus celebratus, verum etiam Grati quidam
illum conuentum cuperent, noua regni acquirendi spes Philippi & Andreae animos titillaverat.
Rursum ergo docet, se quidem brevi glorificandum esse, sed praecessura prius mortem, que illi in
sementis futura sit: Ex ea enim enascebimus fructus uberrimos, quorum prædicatione gentes omnes
ad regni ipsius confortium sint adducenda. Quia vero eadem est credentium, que Christi conditio,
nunc in altera sua responsionis parte quod de seipso dixit, discipulis accommodat, quod magis aduersos
auocet à spe regni terreni, simulq; constans fidei & patientia illos armet aduersus crucemque
necessario ipjis ferendam sit. Tribus autem argumentis viritur, qua singulis considerata non minus
necessaria quam utilia sunt. Seruunt enim confirmanda fidei aduersus omnia, que nobis diffi-
cilem suadere solent.

Contra mortis
timorem suos
animat.

Et primò quidem illis medetur, qui de vita periclitari nolunt, & ne illam amittant, ut pia
garione ipsum & doctrinam eius (quantum in ipsis est) prodere non verentur. Vbi imprimis fiducia
Erlina & consolatione opus fuerit, quando constat vita cupiditatem natura omnibus inheret, quod
non paucis (ut historie testantur) vel nouoru[m] seculorum vel extremae ignominiae casu[rum] fit. Et inter
Christianos homines hodie quasi proverbio vulgari iactantur. Nos nihil vita nobilissima aut premissa
poscidere, quam rationem ad quamvis apostasiis sine defensione excusandam multi sufficiunt
adversantur. Hinc igitur initio facto Christus ait: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odiat
animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodiet eam. Scopus & finis argumenti est, quid
minus periculi comminatione minoris metum excutere & profligare conatur. Quod ut rectius indicamus,
verba seu locutiones singulare inspicere oportet. Et anima quidem pro ipsa vita (ut Herod
solent) hic accipi debere, res ipsa docet, de qua agitur. Amare vero animam, id est vitam bene pro
ficiere dicuntur, qui ita huic se totos addixerunt, ut Christi & regni eius causa nihil facere aut
velire, quod eam vel in periculum adducat, vel ipsis iniuriam & molestiam reddat. Eundem re
sum oderunt, qui illam parui faciunt, quando Christus & regnum eius in comparationem rem
proinde vel centies mori, vel vitam in egestate, exilio, vinculis & omni gaudij mundani experien
tiare malunt, quam fidem abnegando a Christo & regni eius societate excidere. Itaque bacilli
ipsis parabolam grani aut semenis accommodat, quia modò sue mortis rationem exposuit. Quod
ceret, quemadmodum grana frumenti perdit, qui stulto illorū amore captus ea in granaria re
voluta seruat, & reustante corrumpi patitur: eadem vero seruat & auget, qui silex mandat & luteo
obruit, sub quibus resoluta multiplici cum fanore succrescent & fructificant: Ita qui anima faci
vitae desiderio præpostero vicit, eam neq; deponeat ruit propter me, neq; aliquid pati, quod eius ga
dis temporalibus officiat, is reuera & vitam hanc & seipsum quoad corpus & animam misere
dit. Hoc autem verissime dicitur ipsa docet. Primo enim inutili & inani cura seipsum extrahit
vitam hanc retinere studet, quam suo tempore velit nolite depondere cogetur, etiam si eius cetera
studio veritatem centies abnegauerit. Deinde dum acerba queuis fugient, carnicino fibrisque
nimis sauiissimam accersunt, conscientie nimirum terores, qui nihil illis dulce aut inuidiu[m] i[n]famia-

Quid

est

ut

que

op[er]a

de

fidei

obediens

querit

in

terri

uerit

ratione

me

bit

G

caru

do

aut

Q

Quid si vero bos immani & Epicurao numinis contempnū excutiant, in omne scelus ruunt, & dum
vici afflictibus indulgent, viuentes mortui sunt, sicuti de vidua lasciuente Paulus loquitur. Prete
ns, cum abnegando seipso Christo spoliant, en quo vno vita atq; salva habetur, mortis mancipia int
erpet. Itaq; est ad eipsum felices esse videantur, dum apud impios in pretio sunt, diuitijs & honoribus
abundant, voluptatibus impuris diffundiunt, morituri tamen noui terrores obuersantur, quibus supe
rati desperationis plenas voces edunt, & nisi gratia peculiaris ipso in vita reuocet Deus, animæ qui
dam in foro cruciatibus eternis destinantur, olim vero corpora quoq; iisdem adiudicabuntur. Et
ergo hoc Christi sententia longe verissima, quæ si ad carnis sensum examinetur, prorsus paradoxa
& absurda videri poterat.

Idem pacie, si huic oppositam consideremus, qua anima seruare dicitur, qui eam odit, quando Qui animam
unum hunc studi & desiderio se à Christo reuocari sentit, cui nos nostraq; omnia debemus. Nam odit, is seruat
quæ afflictus est, is primò vitam totam Christo cōfessat, & proinde vere vivit, cum eum penes se
cam. habet, qui ipsissima vita est. Deinde est afflictiones aſſiduas sentiat, interq; mortis pericula nun
quam non veretur, simul tamē spiritu Christi confirmatur & cōfolationes dulcissimas animo conci
piat illi & afflictiones leues reddunt, & vita in morte certa pollicentur. Adhac, quia tales ex
immo hominē cum suis cupiditateibus prauis mortificarunt, multis laboribus atq; curis seipso li
berarunt, que carni & mundo addictos excruciare solent: è contra vero fructus ferunt egregios, qui
illos spiritus innouatos esse, & in Christo viuere testantur. Quid si autem hinc migrandū fuerit, an
nas in Dei manus deponunt, que secundum Christi promissiōnē ex morte in vitam transeunt, cor
pora vero resurrectionem expectant, que in nonissimo die ipsis lata & iucunda obtingent, quando ad
celum via consortium cum sanctis omnibus colligentur. Et hec quidem innumeris scripturæ te
stimentijs atque exemplis confirmari poterant: at quia hec paſsim occurruunt, & pīs satī nota sunt,
hunc studio eorum cōmemoratio abstinemus. H A E C autem, quæ modo diximus, ut omnes
dias afflictiones nobis leues reddunt, ita aduersus mortis terrores efficacissime nos consolantur. Vi
demus enim eandem nostræ mortis conditionem esse, que Christi fuit. Nam ut eius caro fructum
nullum tulisset, nisi in mortem fuisset traditus: ita neque nos fidei nostræ fructum percipiemos ali
quem, nisi carnem hanc corruptibilem & diversissimis afflictibus obnoxiam exuamus, quæ (ut
Paulus ait) regni calorum minime capax est, nisi in resurrectione incorruptibiliter atque im
mortalitatem induat. Cur ergo mortem metuamus, quæ & necessaria est, & maximorum bono
rum materiarum nobis exhibet? Addet his, quid ut Christus certam mortis sue horam sibi confi
tum habuit, ita nobis quoq; singulis vite finem certum Deus praefixit, quem nemo tyrannorum,
quantum aduersus nos sauvant, anticipare poterit.

Debet autem, quod de vita hac eius, cōtemptu dicitur, ad omnia alia quoq; extendi, quæ nobis Ratio tutissima
erat & incunda esse solent. Nam horum quoq; conservandorum nulla ratio est certior atq; commo
des omnes con
ducere, quam si illa proper Christum amittamus, adeoq; in Dei manus deponamus, qui ea nobis (si ita seruandi,
quis sit) cum seniore restituet. At quia hæc carni nostræ admodum difficultia sunt, èo quid è terra ori
gine ducit, & proinde terrenis intenta in his fere felicitatem omnem confidere putat, nihil hic pra
statim, nisi totius hominis mortificatio & nostri abnegatio procedat. Ideo Christus, cum Mar. 8.
banc ipsam doctrinam proponere instituisset, cōnumen regula præmisit, quæ necessariò obseruanda
sit omnibus, qui eius discipuli volū fieri: In qua primus locus nostri ipsius abnegationi tribuitur. Di
ci enim: Quicunq; vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.
Post abnegationis præcepto requiritur, ut carnis sensu & afflictibus renūiemus, & nos totos per fi
di obediētiā diuina voluntati subiiciamus: quid olim patriarchas cum multis alijs fecisse constat,
quorum pietas in veteri scriptura comendatur, deinde apostolos quoq; & sanctos martyres, qui relia
tū turrens omnibus, virū quoq; quasi in manibus gestarū, ut ad eam deponendā parati essent, si ita
ineret Dominus. Ut vero hoc factamus, nequaquam nostrarum est virium, sed spiritus efficaci
ratione operatur, qui nos ex semine verbi Dei regeneret atq; homines notos efficiat. Sunt tamen, quæ
nihil non parum adiuuant, inter quæ præcipuum fere est diligens rerum huius seculi consideratio,
& earundē cum cœlestibus & eternis bonis cōparatio. Admonet de hac in præsenti Dominus quan
do ait: Qui odie animam suam IN HOC M V N D O, IN V I T A M A E T E R N A M cō
n-

v. Ioan. 2.

stodiet eam. His enim verbis mundum hunc cum vita eterna confert, quasi diceret: Non inde animam perpetuò odifice, aut irreparabilem eius iacturā facere: sed in hoc mundo illam non tam faciam esse dico, ut eam mibi & regno meo præferatis. Quid enim habet mundus hic, cuius causa in confervari debeat? Præcipua eius sunt, cupiditas carnis, libido oculorum & fastus vita. Atque omnia hæc partim mala & noxia, partim temporaria & caduca sunt, nec aliquid inter omnia humectum bona stabile aut perpetuum est. Ergo stultum fuerit vitam illicitis modis seruare velle, ne plurius fruari, quæ cùm minime putas euolant & inane sui desiderii tibi relinquent. Quid si vero his simul & vita huic temporaria propter me renuntiaueritis, nihil amitteritis, quam quod diuinum quendum fuerat, momentaneam verò hanc iacturā eterna vita gaudio cōpensabit, &c. Hac verborum Christi sententia est, quæ si ita animis nostris cōcipiatur, ut in quaeso tentatione terrena hæc cum celestib[us] & temporaria cum eternis confervamus, non adeo græve nobis videbitur illa remittare, vitam h[ab]simus abscire, si ita Dei gloria postulet. Addamus huic considerationi preces adentes & assiduum verbi studium, moxq[ue] nobis leue videbitur, quod carni & externo homini prius possibile erat.

Videamus nunc secundum argumentum, quo Christus nos ad patientiam & fidei constanterit. Sumit hoc ab exemplo, & quidem suo exemplo, quod nemo pius improbare, vel te nihil alicui pertinens contemnere posset. Si quis (air) mibi ministraverit, me sequatur. Sensus est: Veritas nostræ estis, & tales vultis videri. Ne ergo vobis præeuntem sequamini, & cum me puerum, adhuc hostium calumnijs & infidilis expositione videatis, nec multò post in cruce ignominiam morentem vistis, nolite vobis meliorem conditionem polliceri, sed ad simile pugnam & taliter certamina vos quoq[ue] præparate. Non enim est seruus maior aut præstator hero suo: & sufficiat pulo, si magistris sui similem sese videat, &c. Habent autem hæc verba generalem doctrinam de hominibus Christiani officio. Præcipuum huius caput est, ut Christo ministret & seruiat, quem redemptum dominum nostrum profitemur. Seruant autem illi, qui ipsum sequuntur. Quod cum corpore non possint fieri, quoad in h[ab]ere terris vivimus, animo fiat oportet. Sequuntur ergo illi, qui fidei oculis in ipsius unum respiciunt, in eo uno omnem salutem spem atq[ue] fiduciam collocant, in illo deniq[ue] uno querunt, fontem & lucem vite, nec quicquam admittunt, quod eius merito & glorie minime paraderoget. Parit deinde fides ista obedientiam, qua legibus & præceptis eius paremus, & mortis affectibus carnis nostræ nos ipsi summus vincentem hostiam. Comitur obedientia fidei patientis in cruce, quæ divinarum promissionum experimentis quotidiani confirmata, aduersa omnia rursum tandem caelestis regni hereditati gloriose triumpho ingreditur. Hæc (inquam) hominis Christiani officia sunt, que nisi sedulè obeamus, inanis & inutilis, imò erit noxia nobis erit eius nominis probatio. Falsi enim conuincemur, & ex illorū numero erimus, quibus ille olim dicturus est: Non enim qui dicit mibi Domine Domine, ingredietur in regnum meum, sed qui fecerit voluntate patrum, qui in celis est. Et sane quoquis supplicio dignus sunt, qui cùm se Christians profiteantur, non tam præceptis patrē recusat, quæ & leuia & salutaria sunt, & quæ ipsius exēplo comendantur. Quem enim à nobis ille postulat, quod nō ipse prior præstiterit? Petet obedientia officium: Atquid per obediens factus est v[er]g[ine] ad mortem, mortem (inquam) crucis. Petet nostri abnegatione, atquid exinanierit, & cum in forma Dei esset, seruiformam assumpit, nobis q[ue] per omnia (vno peccato nostro) similis factus est. Petet ut ipsius causa relinquamus opes, honores, voluptes huius seculi, idem ipse prior fecit, quando omnī egenus non habuit, quo caput suum reclinaret. Petet ut exiliis ipsius nomine subeamus: atqui ipse erit in terras venire, peregrinari & nasci & nibil proprij balenavit. Petet ut patienter feramus quaecumq[ue] nobis imponuntur onera: atqui ipse cum dirissima quæ sufflimeret, tanquam quis nō aperuit os suum. Petet ut inimicos diligamus & bene precemur propter eoderunt nos: atqui hoc ipse fecit, qui pro hostibus animam suam depositit, pro illis interficiens quæcumq[ue] ipse nobis præbuerit. Est ergo inexcusabilis eorum inobedientia, qui vel doloris impatientia vel alijs affectibus superari, ipsum sequi dedicantur.

Premia secedato Tertiū argumentum ab uili sumit, quo homines cum primis permoueri solent. Praemia amicorum Christi. amplissima pollicetur ijs, qui ipsius exemplum patienti sub cruce constanteri securit. Quodam

Non inde am
i non tanti fac
cius canfa ina
vita. Atque un
er omnia huius p
are sella, ne p
nt. Quid si ven
quod alias res
z, &c. Hoc in
ione terrena le
bitur illis resu
oni prece ades
hominem primu
dei confitanc
vel ut nihil ali
s est. Vos man
us pauperem
cruce ignomini
ugnam & cul
so: & suffici
trinitate domini
em redemptio
corpe non p
dei oculis impia
no queritur
minima exper
tus, & mortua
tia fidei patens
a omnia remitt
domini Christi
us nominis prop
eis: Non omni
untate patrem
antur, tamen
comendamus. Qu
z. Arguitur par
ionem; arguitur
(uno peccato es
huius scilicet
Perit re exilio
proprii haberet
am dirissimam
ne pretermis
lli intercessus quo
emplum dolorem
doloris impetu
lent. Prima m
si fuerint. Quali
admirabili Dei bonitas obseruari debet, qui inuiles seruos, quorum nullus ipsi *vñs* est, præmijis
inuare dignatur: & quidem eiusmodi, que omnem mundi huius magnificientiam longè superant.
Primo enim ait: *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Exponit hanc promissionem ipse alibi de
anno regni confortio, cuius nos coheredes secum esse velit. Nam in ultima Cœna discipulis dicit:
Vixi ista qui permanefisti mecum in tentationibus meis: & ego vobis dispono, prout mihi pater meus
dilectus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et infra Cap. 14. dicit:
*Vado paratus vobis locum: Et cum abierto, & parauero vobis locum, rursus veniam, & affum
mo ad meipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis.* Ita Cap. 17: *Pater, quos dedisti mihi, cupio ut vbi sum*
eg, & illi juxta mecum; ut preterea gloriam illam meam, quam dedisti mihi, &c. Pollicetur ergo, quod
sa regni & gloriae confortes habere velit eos, qui inter crucis & mortis pericula in sui nominis &
retra fidei confessione constanter perseuerauerint. Reclamè ergo Paulus p̄i scribebat: *Fidius sermo: nam*
*si caro et mortui fuierimus, cum eo etiam vivemus; Si toleramus, etiam cum eo regnabimus; Si abne
gamus, & ille abnegabit nos, &c.* Sunt hæc multa consideratione dignissima, eò quod omnem crucis
misericordiam exire & omnes mortis terrors discutere possunt, simulq; omnem aduersus Deum mur
marandi aus quiritandi occasionem nobis auferunt. Quid enim præterea volumus? aut num iniur
iam nobis fieri dicemus si sua crucis nos participes faciat Dei filius, qui nos glorie etiam sua con
fortes & coheredes habere dignabitur? Evidem quod minus dubitemus, aliam insuper promissionem
huc coniungit, quia ipsum patrem hoc ratum habiturum esse docet, quod ipse pollicetur. Ait enim:
Et si quis mihi ministrauerit, honorabit eum Pater. Quia enim verus & aeternus Dei filius, & vnu
cum patre est, eumque fuerit, ut ipsum patrem remuneratorem sentiant, quicunq; illi fideliter ser
uauit. Facit ad hanc confirmationem, quod olim per prophetam dixit Deus: *Honorantes me hono
rabo. Fui autem hoc multitudinariam. Nam frequenter in hoc etiam seculo gloria & honore coronan
tur qui in periculis Christi gloriam constanter defenderunt.* Exempla sunt in Constantino Magno,
Iouaniiano, Valentiniiano & similibus, ut ea nunc omittamus, que in veteri testamento cōmemorantur.
Deinde eti omne genus contumelie suscineant in mundo, & insuper nonnunquam morte ignomi
nialè medio tollantur, memoria tamen ipsorum consulete Deus, ut apud posteros in honore & pretio
sui, qui duxi in viuis erant, omniū odijs & conuictis proscindebantur: quod videre est in prophetis
& Apostolis, quorū memoria inter eos etiā honorifica est hodie, qui doctrinā illorū minime probant.
Accedit his immortalis gloria, que animabus simul et corporibus illorū in cælis parata est, ut pau
lo ante diximus. Sunt hec eiusmodi, ut omnes labores nobis leues reddere & periculorum omnium
uroges procul propulsare possint, si ea diligenter consideremus. Et est hic obseruandum, non solis
verbis ministris ista promitti, qui in docendo munere Apostoli successerūt, verumperiam magistrati
bus, mo priuatis hominibus, qui Christo Iesu in sua vocazione legitima fidele obsequiū præstari. Po
ust enim (ut August. annotauit) vnuquis pater familiā inter suos domesticos episcopale implere
sufficiat, dum illos Christo adducat & in vera pietatis officio cōtinet. Singuli ergo hec sibi applicent,
& cum filius Dei Iesu Christus nobis ministrare dignatus sit, nos viciſſim ipsi ministremus & in
eius doctrinam atq; exemplum intenti, ipsum sequamur, ut aeternū cum illo simus. Illi debetur be
neditio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C X V I I I .

Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater serua me ex hac
hora: sed præterea ueni in horam hanc. Pater glorifica nomen tuum.
Venit ergo vox è celo: Et glorificauit, & rursus glorificabo. Turba er
go quæ adstabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dice
bant: Angelus ei locutus est.

Differuit nuper Dominus breviter quidē sed perspicue, de morte sua & eius fructu: idq; eam po
tissimum ob causam, ut discipulorū errorem confutaret, qui in illo ex communi Iudeorū opi
nione regnum terrenum somniabant. Inde vero occasione sumpta in generalē doctrinam de cruce di
gitatur, que credentibus in hoc mundo perpetuus quasi comes esse consuevit, & ibi argumentis fir
mat.

mis̄simis nos aduersus omne mortis periculum consolatur. At quia hic nobis vix illa doctrina sit consolatio sufficit propter carnis ingenitum, quae afflictiones quasvis fugit, ad mortis verò confusum tota conflernatur, doctrinæ sua in præsenti propriū exemplum subiicit, quo eam confirmat. Ne enim alios ad patientiam & constantiam fidei in cruce hortari videatur, ipse extra omnē mali festinans positus, infirmitatem suam & acerbissimum animi dolorē, quem ex mortis imminentis recordatione capiebat, publicè fateatur, simul verò ad patrē conuersus preces fundit, & huius voluntati se non subiicit; ita numerum suo exemplo docens, quid in tentationibus eiusmodi fieri debeat. In cuncta confirmatione nobis èdiligenius versandum est, quod Petrus illud nobis grauitate commendat, sic scribens: Christus passus es pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequamini vestigia ipsius, & deamus ergo Christi orationem, quam ipse pater aculo celitus delato confirmavit.

Christus nostrā infirmitatem in se recipit.

Nunc anima mea (inquit) turbata est: quid dicam? Pater serua me ex hac hora, &c. Quod verba eti cum præcedentibus male coherere, adeoq; illis contraria esse videantur, egregie tamen ad illorum confirmationem faciunt. In se enim recipit infirmitatem nostram, vt suo exemplo illi midant ne eius sensu toti abforbeamur. Perinde enim hoc est, ac si diceret: Nemo putet me instar ignemperatoris post principia & extra teli iactum constitutum, alios ad patientiam & constantiam vocare. Nam quod paulo ante dixi, mibi etiam mors appropinquat, & quidem adeo saeva & atroc, ut sola eius recordatio animam totam perturbet, & consilij plane incertum reddat. Quid enim dicam, quid consilij captem, quod me vertam, non video, quando in humanis spes nulla superest. Ad te igit̄ pater conuerter, tu mesura & eripe ex horæ ista mortis diræ & ignominia. Sed quid dico? Qui propterea veni in hanc horam, id est, idèo homo factus conditione mortalem suscepit, vi mæstitis merito mundi peccata expiavit, & humānū genus ex mortis & diabolī tyrannie eripiat. Qui ergo aliud petam pater, quam vt tu tuum nomen glorifices? Fiat de me quodcumq; tibi videatur, modo omnia cedant ad tui nominis gloriā atq; illustrationē. Hic orationis Christi tensus est, quoniam cum ijs conferas, quæ non multo post dixit ad monte oliveti, planè eadem inuenies. Nam illuc iam calicem crucis seu mortis imminentis a se transfigerit, simul verò se totū patris voluntatis exhibet. Exhibit autē hæc nobis exemplum animi vehementer perturbati & in seipso grauitate latentes, & vincientis tamen in lucta illa tentationum, qua nobis nulla gravior incidere potest. Prima de periculo sibi imminentem, quin potius de eius metu & animi terroribus conqueritur: ad accidens & remedio sibi opus esse fatetur, quod in semetipso nullū videre aut inuenire possit. Inde vero, quoniam restabat, ad patrem conuersus, huius opem & auxilium implorat, atq; crucis acerbam supplicium deprecatur. Mox, quia hoc votum cum vocatione sua pugnare viderit, illud corrigit, patre voluntatis & sua omnia permittens. Fine vero & scopum sibi constituit gloriam Dei, cui manu priam longè postponit, sed ad mortem quamvis acerbam voluntariū offert, modo patruus & gloria per eam illustretur.

Christus cur moris mentio- ne turbetur.

At mirum videri poterat, Christum mortis recordatione tam grauitate turbatis suis, quoniam ex gentibus olim animo intrepido subierrunt, quibus ea demū gloria maxima visa fuit, si nū patria aut alias ob causas deponeret: vt iam nihil de Martyribus dicamus, quibus incursum patrum propter Christi & fidei veræ confessionem. Imò inter facinoros reperiuntur, qui ad scelerē patrum & infamis mortis supplicia ea animi alacritate contendunt, vt oībus admirationē parant. Sicut igit̄ alia fuit Christi quam istorū omnium conditio. Gentes enim late animo mortem aderunt, quoniam gloriam maioris quam vitā facerent, vel morte extreamam lineam rerum offerebant, post quisibilis hominis superesse. Martyres autē nō propria sed ipsius Christi virtute confirmati tam compunctione, ed quod illam huius merito denūtā, et vita ianuā esse scrivent, inq; parata sibi celestis regno dia respiceret. Quæ fides aliquibus facinorosis quoq; animū addit: quidā vero vna cum numero res tu mortis quoq; timorē impia & prophana audacia excutient, quos desperatio & vita hinc rebatur non fortes, sed temerarios, vel potius belluarū instar stupidos et attonitos reddit. Verum Christus morte, quæ tunc nondū denūtā fuit, aliud quidā vidit, quod gentes non intellexerunt, & multitudine etiā non obseruant: Nimirū quod proper peccatum ingressa Dei iram coniunctū habet, & eternam damnationis quasi ostium sive initium est, si in sua natura consideretur. Quia ergo videbat fibiūtudo cum morte luctandū fore, quatenus ea est corporis et anima dissolutio, sed cū pena peccati, in

horribilis
sitatis
doloris
doloris
perturbatio
genitrix
non ipse
fatuus
genitrix
lata
lata
catorum
vixit an
sō dixer
nō relā
rapaces
ghenitrix
miles sa
perimere
qua ad
confundit
qui tent
cung. ten
De filiis
fugient,
borealis
tautoburg
infidelis
grauis
tibitata
C:
fusacere
primum ha
naturale
In am
Sam. &
subiicit
vt omni
ea possent
mi uag
In die af
fus, Drea
nouatu
din Deo
laug. in
Nigrid
borum

horribilem Dei iram & eternos inferorum cruciatuſ intuebatur, non potuit non in assumptione huma-
 nitate natura toto animo exhorreficere atq; conturbari. Quos terrores ipsa morte grauiores fuiffe, il-
 lus fudor cū sanguine mixtus, adhac eiusdem verba testatur, quibus iam morti viuimus exclamauit:
 Deus meus, quare me dereliquisti? Habet ergo iste mortis terror & ex eo enata animi
 perturbatione, causas iustas & graues, & proinde vera etia fuit haec trepidatio & anxietas, non ima-
 gina & fictitia, sicuti quida veterum hereticorum olim docuerunt. Nam et si nihil passus sit, quod
 non ipse volens suscepit, vere tamen tam animo quam corpore passus est, quæcumq; de illo Euangelio
 sit tributum; nisi & hoc mendacij & illius simulationis falsa arguere, sicutumq; nostræ redemptioñ ne-
 gavit in dubio vocare libeat. Nec enim temerè ista suscepit Dei filius, neq; eadem frustra ab euange-
 lis commemorantur. Primo enim istos horrores illius sentire oportuit, ut mors eius sufficiens esset pec-
 catorum nostrorum expiatio: quæ nulla futura fuisset, nisi ille graue Dei iudicium subiisset, quo nos ad
 mortem eternam deponeremus. Fecit hoc ad arguendam peccati atrocitatē, & nostram simul nobis du-
 rum ag, sororiam exprobrat, qui scelerar quoq; non borremus, & pro leuiculis ducimus peccata, que
 si alter expiari potuerunt, quam atroci & ignominiosa morte filii Dei, cuius tanta fuit acerbitas,
 ut vel sola eius recordatio illius anima horrendiis terroribus conturbari. Pudeat ergo nos ea indies-
 mutare, quæ non nisi tam crudeli satisfactione expiari potuerunt. Deinde ista sustinuit Dei filius, ut
 ostendere se vere hominem & nobis per omnia simile factum esse, solo peccato excepto. Quid ipsum ad
 nostre salutis certitudinē facit. Quia enim verus homo, adeoq; frater noster factus est, virq; ad nos
 primus meritū eius, & proinde omnia nobis imputabiliuntur, quæcumq; ille fecit & passus est. Rursum,
 quia ad hunc modū idem ille tentatus est, & (ve Isa, inquit) nostras infirmitates tulit, satis aperte
 confitit, illius fidelē Pontificem atq; mediatorē esse apud patrē in omnibus que nobis illic agenda sunt.
 Qua de re diligenter scribit Apostolus ad Hebreos cap. 2. & 4. Non habemus usque (inquit) pontificem, qui non
 possit affici sensu infirmitati nostrari: sed tentatum in omnibus similiter absq; peccato. Nam debuit
 per omnia fratris similitudinem, ut misericors esset & fideli pontifex in his, quæ apud Deum forent
 is voluntatis, ad expiandum peccata populi. Nam ex eo quod perpessus est cum tentaretur, potest & ijs
 qui tentant succurrere. Sibip̄is ergo hinc consolationis argumenta petant omnes homines in quo-
 nac. Primum
 tur: adhac con-
 t. Inde vero
 is acerbum p̄f
 corrigit, par-
 Dei, cui in an-
 modo patrium
 loci, quā
 vīa fuit, si nō
 us incundim̄ factu-
 si ad scelerē pen-
 ē parant. Si illo
 aderunt, quād
 erent, post quā
 nati tam compen-
 bi castigio regn-
 à cum numeris
 & vīce bunt eam
 Veram Christi
 erunt, & malici-
 tā habent, & atra-
 videbat fibi inimico
 pena peccati, in pa-
 borium

Quid in mortis
 suæ facere conueniat: in cuius doctrina consideratione nos diligenter verari decet. Est enim hoc pro-
 prium humana natura, quod vitæ appetentes sumus, morte vero metuimus. Et quia affectiones istæ
 naturales sunt, per se non sunt peccata, ut neq; esurire, sitiare, algere, et si quæ alia sunt huius generis.
 Imo animi parum religiosi argumentum est mortem omnino contemnere, quam per peccatum ingre-
 sam, & peccati partia esse omnes scripturæ testantur. Nam et si Martyres singulari fide animati illi
 subierunt, tamen carnis & naturæ nostra imbecillitatem non disimularunt, & ita se gesserunt,
 ut omnibus constaret, hoc illos non suis viribus facere, sed peculiari spiritus virtute confirmari, ut
 ea possent, que homini vires longe superant. Hic vero exemplum Christi nos imitari conuenit. Pri-
 mo itaq; angustiis eiusmodi circumvenit ad Deum configiamus, cuius hoc præceptum est Psal. 50.
 In die afflictions tua inuocame, & ego liberabo te. Deinde quando duriora & grauiora, quam par-
 fu, Dens nobis imponere videtur, tunc conditionis nostra meminerimus, & mox patet, nihil nobis
 num & insolens accidere, cum mortales natim sumus. Cogitemus ergo nos ideo creatos esse, ut quām
 deo vīsum fuerit, et in hisce terris seruiamus: & hinc migremus quādo idem ille nos vocauerit.
 Ite cui voluntati nos subiiciamus, & cū Christo dicamus; Non mea, sed tua (pater) voluntas fiat.
 Neq; id nobis grane debet videri, quando Dei voluntate non modū iusta & sanctam, verum etiam no-

bis salutarem esse scimus. Vult enim (vt Paulus ait) nos salvos fieri, & in veritatem cognitionem peruenire. Finem vero & scopum votorum omnium nobis proponamus Dei gloriam, ad quam nullus conditus esse constat. Admonet de hoc Dominus, quando orandi formulam prescripturam, primam omnium petitionum hanc confitetur: Sanctificetur nomen tuum. Dicamus igitur cum Christo: Fidei nobis o Deus, quodcumque tibi videbitur. Da modo, ut tua gloria in nobis illustretur, & ne qualiter ciamus, quod illi aliquae ex parte deroger. Hic vero fortis lucta opus est, qua carnis affectus dominus, ut per fidei obedientiam Dei verbo subiiciantur. Quia in re nos excitare debet Christi exemplum. Si enim sunt naturales affectiones, quibus nihil vitio inerat fraternandas & subiendas putantur: quam magis in hanc curam nos incumbere decebit, quorum affectus propter inmatam nobis naturam: con-
tritionem virtiosi & diuinam voluntatem palam contrarij sunt? Obseruemus ergo hunc ordinem, quem
suo exemplo Christus commendauit, & is nos nequaquam errare patietur.

Domi pater pre-
cess filij ratas
habet.

Facit ad doctrinam huius confirmationem, quod sequitur. Hec enim dicente Christo, vox est celoni-
ni: Et glorificavi, & rursus glorificabo. Quibus verbis testari voluit pater, se filii precies audiuntur,
& eas de ratis habere: idq. duobus argumentis probat. Primum ab antea dictis sumatur. Nam quoniam
nomen suum in ipso glorificauisse dicit, in mente illi reuocat miracula, & quecumque in ipso concen-
tione, nativitate & toto vita eius cursu contigerunt: & inde vult ipsum colligere, quid in posterum
facturus sit, neq. im perfectum reliktus opus, quod tam feliciter inchoatus hucusq. tanto fuscus de-
xerit. Adiicit his promissionem disertam, quae alterius argumenti loco est. Et confirmatur illa infra
indicijs, que ipsum mortem partim comitata, partim secuta sunt. Huc enim pertinent signa, quae
morte eius contigerunt, quando terra horrendo motu tremuit, petra cum tecto velo fissae sunt, solu-
cis sua splendorē amittere, & sepulchrum patuerunt: que omnia eiusmodi fuere, ut milibus terroris
zere, & veri confessionē extorquere potuerint. Secuta est vox tertio die resurrectio, qua hunc Deum
filium publicē declaratum fuisse. Paulus ad Rom. docet. Post hanc verō ecclō cōcendit, quae man-
phum dicens de hostibus nostris deuidit: & celo autē spiritum misit, quo animati Apololi, euangelii
inter Iudeos & gentes prædicarunt, fidem verā docerunt, ecclesia collegerunt, que inter popu-
lacionē pericula mirificè conservata in hunc usq. diem durat: & quotidie sunt multa, per quae Christi
gloria mirificè illustratur, & que ferociissimos quoq. hostes cogunt fateri, hac non sine numeris, quae
ipsi cibis viribus impedita conantur. Nos autē hoc exemplo admonemur, Deus non desponsibus
sutorū, qui ipsum ex fide inuocāt. Ut enim filius suum exaudituit, ita se exauditū polliciū inven-
tes, qui ad ipsum cōfugunt. Fies (inquit Isa. 65.) priusquam inuocent, ego respondebo: & ad me
loquentibus ego exaudiāt. Et Christus infra dicit: Quicquid petierit nō a patre in nomine meo, dat
vobis. Sunt haec infinitis exemplis, cum publicis tūm priuatis cōfirmata: inī nō nemo tam abjectus fuit,
nemo tam calamitosus, nemo tam affilius homo est, qui nō in semetipso experitus sit divina bonitatis
argumenta, quae promissionis isti in fidē facere possunt. Obseruemus præterea, Domini hinc per
confitū & decretū suum patefacere, quo nomen suum in filio suo & eius membris perpetuo illustri-
velit. Et faciunt ad huius explicatiōē quæcūq. in scripturis de ecclesiā et regni Christi perpetuas
habentur: & qua quotidiani exemplis cōfirmari, paulo ante diximus. Quin ipse Dominus Matth.
vile, ait: Ecce ego vobis cūsum usq. in consummationē seculi. In prophetis autē memorabiles sunt vo-
rabilē, quibus Zech. 12. cap. ecclesia lapidi oneris & carino argenti inter ligna ardentina confron-
tatur. Ex his ergo consolationem petamus in omni tentationum genere, simulq. in afflictuam vitam &
studia nostra, ut in nobis quoq. Dei nomen illustretur: ne nostris studiis contraria petre videamus.

Populi de voce
Dei iudicium.

Porrò audiamus populi astantis de hac voce iudicium, quod varium fuit. Alij enim tantum ipsi
etiam putant: alij angelum ipsi locutum esse aiunt. Et licet isti omnes suis iudicis fallantur, secundum
zamen ea ad confirmandā huius vocis fidem atq. autoritatē, quando eam celitus delatam, & pro-
inde à fraude & dolo alienam esse refellantur. Et si hoc frequenter, ut aliquo modo veritati seluum
nūmferant, qui eius mysteria nondum probem intelligant. Interim adumbratur hoc exemplum, semper
diuersa fore hominum iudicia de verbo Dei, & inter electos quoq. non eodem sensu omnia illustran-
tia accipi: cuius rei exempla paſsim occurruunt: quorum hic fructus est, ne offendamus, si quod
simile nostro seculo accidit. Paulo certe apud Athenienses prædicante, alij doctrinam de Christo in
dice & resurrectione scurriliter riserunt, alij gustu quodam veritatis imbuti eadem insueverunt.

reverunt, quidam autem verè crediderunt. Quid ergo hodie speres, quando propter nostram ingrā
nūdū spiritus non tam efficaciter vim suam exerit, vt olim, quando Apostoli & primitui fideles
Llo Christi toti ardeant? Obseruabis autem, quid nō nullis vox ista tonitu rīsa fuit: ijs nimis
quā illam minus intellexerant. Ex eo enim apparet, quanta sit verbi Dei vīs, propter quā Christus
hunc & Iacobū tonitru filios dixit. Vt enim tonitru nullis humanis viribus impeditur, & idem
hominum mentes terrore percellit, qui impios quoq; supremi numinis vīm agnoscere cogit: Ita Dei
verbū invīcē etiam potentiissimis tyrannis intonat, & hominum corda potenter fert, vt eius vīm
impīq; sentiant, quemadmodum ex illorū insanis consilijs & furiosis conatibus apparet, qui
hunc illud opprimere & extingwēre conantur. Es ergo hoc ingens socordia & impietatis manifesta
argumentum, quod etiam tonitru istud verbi Dei omniū mentes penetret atq; conuincat, tam pau-
cūtamen inueniantur, qui huic cedant & diuine voluntati obtemperent, aut saltem serium Dei ti-
morum concipiant. Fū enim vulgo hodie, quod in suis auditorib⁹ olim Ezechiel cap. 33, notauit, vt
eiusprīmū videntur, Dei verbum in star cantilenā nihil ad se pertinēt, audiant, & proinde fru-
lū ex nullū referant. At cogitent illi diligenter, Dei verbum vīm coniunctam habere vlti-
um, quam impīj & panītere necī nunquam effugient. Etsi ista vox, qua vix quicquam iucundius
adī poterat, non omnino malis tonitru rīsa fuit, qualem olim fore putabimus Christi iudicis vī-
mū, quam ex throno celesti pronuntiabit: Ite maledicti in ignem aeternū, qui paratus est diabolo
e angelis eius? Itaq; horum memores, audiamus Dei verbum pīs animis, salutis vīrō spēm in vno
hī Christo collocemus, qui extrema quāq; propter nos pati dignatus es. vt & miseros nos ex pec-
cātiū mortē, aeterna redimeret, & exemplū præberet, cuius vestigia secuti caelestis regni hæ-
nū arm adire possumus. Illi debetur benedictio, honor, gloria & poteſtas in aeternū. Amen.

Respondit Iesus & dixit: Non propter me hæc uox facta est, sed
propter uos. Nunc iudicium est mundi huius: nunc princeps mundi
huius eūciet foras. Et ego si exaltatus fuerō à terra omnes traham
ad meipsum. Hoc autē dicebat, significās qua morte esset moriturus.

Per quidem & perfectè omnia in scripturis tradic Deus, quæ nos tam in huīs vītē officijs,
quā in aeternā salutis negotio erudire possunt: at pauci sunt, qui eum inde fructū referant, quē
vīlī percipere decebat. Causa est mali eius, quod que illuc traduntur, non omnes ad se pertinere pu-
tan, & idē alij cogitationib⁹ occupati illa negligūt: aut carnis sensum secuti opinones absurdas
aquefallas concipiunt ex ijs, que verē & piē dicuntur. Exemplum huīs rei nuper vīdimus. Cum
nam Christus mortis imminentis recordatione consternatus, ad Parrem preces fūdīsser, vox cali-
ciu audita est, que & illi finē crucis lāetum atq; gloriosum promittebat, & populum aduersus scān-
dalam muniebat, quod ex eius cruce poterat oriri. At nemo fuit in confertissima auditorum turba,
qui vocis illius verū sensum perceperit, sed mox diuersa iudicia auditā sunt. Alij enim tonitru
factū, ali⁹ angelūm de cælo ipsi locutum fuisse putarunt: & ita suo exemplo testantur nō sufficere,
si Du verbum audiamus, nisi idoneus interpres accedat (sive ille internus sive externus sit) qui eius
sensum verū induceret, & quod temerī dictum videri poterat, in nostrum vīsum accommoderet. Quod
ipsum in presenti Christus obseruans, primō vocis huīs sensum interpretatur: deinde quasi nouis vi-
rib⁹ confirmatus, de mortis sua mysterio atq; fructū non minori constantia quām diligentia differit:
adē vi paucis hīsc verbis vñiuersum nostrā redempcionis atq; salutis negorū comprehendat.
Hic verō, priusquam ad verborū interpretationem accedamus, ingenuum & ardēns eius stū Christi studiū
dam obseruari debet, quo salutem nostrā promotam cupit. Nam enim amplissimā habebat seipsum in salutē nostra
estētūndī occasionē, cum tanto populi aplausu exceptus esset, cū ipsius colloquium Græci quidā propaganda.
experient, & nūce celesti etiam voce se & doctrinam suam commendari audiret. At contemptus quo-
dammodo hīsc omnib⁹ rotū in hoc eī, vt auditorum salutē consulat, quos diuinorū mysteriorū
pīs rudes, et insuper erroreis de regno suo opinionib⁹ occupatos esse sciebat. Debet hoc eius studiū

nos excitare, ut magna sit apud nos doctrina eius auctoritas, ne ingrati deprehendamus in eum qui sui nominis gloriam saluti nostra postponere non dubitauit. Quod si vero exemplum Christi contaretur, qui docendi munus in ecclesia sustinent, mox contentiose disputationibus finem impetu videremus, quibus simplex veritatis doctrina obscuratur, & multorum conscientie gravas offenduntur.

Christus uocē
patris inter-
pretatur.

Ceterū audiamus ipsum Christum, qui patris vocem de cœlo delapsam interpretatum aī
Non propter me hac vox facta est, sed propter vos. Quibus verbis ̄sum eius precipuum indicat, praeterito (ut modo diximus) qui ad ipsum pertinebat. Nam propter ipsum quoq; vocem illa salutis fuisse, ex toto orationis contextu pater, quo docemur, eius carnem naturali moris boree pernici-
tam ita cōfirmari oportuiss. At idem minime opus habebat, ut de mortis sua mysterio & fratre al-
moneretur, cum ista omnia probè cognita atque perspecta haberet. Ut vero propter nos homo filius est, ita propter nos omnia sunt facta, quæcunq; ipsi in carne agenti contigerunt. Reclamando ergo vocem suam
ad populi astantis institutionem accommodat, & propter ipsoſ suam clam esse ait. Ex ea enim infinita, ipſum nequam Dei aduersarium esse (ut nonnulli calumniantur) sed dilectus filium, cuius
fine certo Dei consilio accidere; Id quod ad remouendum crucis scandalum vehementer faciat. Si
mul vero non obscurè ipsorum ingratitudinem perstringit, qui Deum sive in terris coram per filii
ipsiſ loquentem, sive celius propria voce intonantem, audire dignentur. Exit ergo illa, nō
vſus uerbi Dei in posterum atteniores præbeant, Dei q; voluntati ſe pio obsequio accommodent. Nos vero ob-
& scripturæ.

nabimus, generalē hoc loco regulam tradi, quæ in totius scripturæ lectione observari debet. In hoc
enim Deum ipsum loqui, nemo negare potest, niſi qui simul fidei & religionis principia conculuerit.
At propter nos ille loquitur, quando verbi eius uſus nullus est apud bestias ratione carentes, qua-
res inanimatas, quæ ſenſu eritā deſtituntur. Quod Paulus recipiens dicebat. Quæcumq; scriptura in
in nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam et consolationem scripturarum ſhem habeamus.
Rom. 15. Et idem in posteriori ad Timotheum hunc scripturæ uſum nobis indicat, ut Homo Dei
perfektus sit, & ad omne opus bonum plene instruetus. Nobis ipſis ergo ſingula accommodemus, q;
propter nos diuīlum putemus, quicquid in scripturis Deus principi, quicquid reat, quicquid pote-
tetur ſue minatur, aut quacunq; in illis extant de rebus futuris retinetur. Eſcē enim inextirpabile
ingratitudo atq; consumaciam, ſi Deum audire dignemur, qui infinitus modis ſe noſri copiis in-
culcat, iam inde ab origine rerum accommodauit, dum modo ipſe celius locus eſcē, modo pro-
tas ſua voluntatis interpretes dedit, modo filium ſuum aeternum nobis doctorem conſtituit, tamen
huius diuīlōs inſtar priuorum publicorum in orbem totum emisit, & in ſuper doctrinam hanc con-
uenientem ſcriptū mandauit, ut quiuſ domi ſua libros ſacros legere, & in hiſ ipſum loquenter adi-
adeoq; cum eo familiariter conſerre poſſint.

Mortis Christi His vero dicitis, ad incepitam de morte ſua tractationem redit Christus, cuius recordationem
fructus. nuper turbatum fuſſe audiimus, ut nos ſuo exemplo cōfirmaret; & nunc audita patris uerba, que
dammodo ob certam victoriā exultans, mortis ſuę fructum ampliſſimum verbi latius exponeat.
Nunc (ait) iudicium eſcē mundi huius, &c. Iudicij vox hoc loco non proceſſum illum iudicium ex-
gūnicat, quo olim mundus impius cum ſuo principe aeternis ſupplicijs damnabitur (qua non adi-
candum, ſed ad feruandum venerat Dei filius in primo ſuo adventu) ſed reformationem, que non
mundi faciem inſtaurare atq; res eius in melius conſtituere velit. Itaque ſenſus eſcē, iam neneget
tempus, quando humanum genus ex misera ſua condizione vindicari, & inter homines regnum Dei
inſtaurari debeat. Et hoc ipsum clarissimi exponens addit: Nunc princeps mundi huius ejicitur for-
at: ſed quod in homines peccati illecebris à Deo abductos crudelē & exiitalem tyrannidem ex-
ceat. Dicit ergo fore, ut hoc eielo ex poſſeſſione male occupata, humanum genus ſuam libertatem
cuperet. Et ne quid omittat, quod ad huius mysterij explicationem facit, modum quoq; & rationem,
qua hoc omne confici oporteat, exponit: Ego ſi exaltatus fuerō à terra, omnes traham ad meſum.
Quod de morte eius intelligi debere, Ioannes docet, cum mox ſubiicit: Hoc autē dicebat ſignificare
qua morte effet moriturus. Videtur autem hac vulgaris locutio fuſſe, qua Iudei tunc tempore ſu-
plicium crucis denotarint, & quod in hanc ſublimes ſuffigebantur, qui ad illud erāt dannati. Pro-
p

lancetē astante hac verba mox intellexisse, in sequenti sermone audiemus. At quia Dominus his rebus totum nostrae redempcionis negotium complectitur, singulas eius partes ex ordine considera-
bit proderit, ut plus inde ad nos fructus redeat.

Primum hic occurrit humani generis conditio, quam miserrimā fuisse ex eo apparet, quod vim-
pere habuit, qui omnia in melius restituere. Initio quidem Adamū Deus secundum suam ima-
ris humani.

Conditione generis
dūcere habuit, qui omnia in melius restituere. Initio quidem Adamū Deus secundum suam ima-
ris humani.
gum creaverat, ut felicē & beatam vitam degeret, & ipsius gloria inserviret. At quia ista con-
ditionis non fatus memor, diaboli consilijs & suggestionibus locum dedit, Dei praeceptum transgressus
est, & amissa imagine illa sanctissima, ad quam conditus fuerat, totam posteritatem una secum in-
sumum traxit, quando peccatores nati sunt omnes, quotquot ex ipso descenderunt. Nam ut Moyses
scribit, in sua imagine (corrupta nimis & peccatrice) filios suos genuit, & ita per unum hominem
peccatum ingressum est in mundum, id est, totum humanum genus peruersit. Ea vero occasione sa-
tan mundi imperium inuasit, & horribilem in eo exercuit tyrannidem. Extincta enim paulatim ve-
ri Dei cognitione, & confusus, id est, confusam & innumerabilem ferè Deorum fictiorum multitu-
dinem inuixerit, de quibus ea fixerunt gentium poetae & ipsi sacrorum antistites, que nemo vir bo-
nus, nulla matrona honesta de se dici aut scribi velle. Secuti sunt Deos hosce cultus non modo super-
ficiis & ridiculis, verum etiam nefarior & sceleratior; adeo ut in multis locis ebriosā comestiones, sal-
tationes lascivae, stupra, adulteria & homicidia inter precipua religionis exercitia numerarentur.
Confirmarunt hanc impietatem oracula, quae per Deorum imagines sive sacerdotes diabolus reddi-
ta, & quibus ita dementati fuerunt potentiissimi reges, ut ipsis inconsultis nihil agendum putarent.
Quae causa fuit, ut haec sufficere arbitrari, nullam præterea doctrinam requirent, qua melius inspi-
ueretur. At extincta in hominū animis religione vera & omnino sublata veritatis doctrina, fieri
non posuit, quin peccati licentia vires acquereret, ad quā natura proclives sumus. Quae quā effreni-
tudine inter gentes graffata fuerit, historia & poetarum scripta testantur, in quibus lusus & iocus
inveniuntur, que clīm Deus in Sodomeis igne & sulphure colitus puniuit. Neque hic aliquis san-
cti patres obiectat, qui promissionem veterum & legis doctrinam instituit, iugum diaboli mini-
ne admiserunt. Horum enim exiguum admodum semper fuit numerus, si eos cum aliarum genitum
multitudine conserfas; & idem propter hereditariā peccati culpam ipsi quoque vindice opus habue-
runt. Fuit ergo miserrima mundi torius conditio, in qua pereundum fuisset omnibus, nisi Deus hu-
manus generis miseria salutis nostrae consulere dignatus esset. Et hinc ferè docendi initium faciunt
apostoli, quando salutis rationem tradere inservierūt: ut partim constet, salutem nobis ex mera gra-
tia, obique illo nostrorum operum merito obtigisse; partim vero doceant, quā horribilis sit mun-
dus & quā miseram servitutem seruant, qui vel huic placere, vel principi huīus morem ge-
re, inservierunt. Illum certe ejici oporere Christus testatur, siquidem humanum genus vindicari
& libertatem afferi debeat. Nam ut Paulus ait, nulla est communio luci cum tenebris, aut
Christi cum Belial; & proinde Dei regnum instaurari nequit, nisi destruō prius diaboli regno, &
omnibus sublati, que Deo aduersantur. Vehementer ergo errant, qui Christum cum diabolo con-
tare sudent, & si quando de reformatione consultatur, multa relinquunt, vel etiam sublata re-
ducunt, ut eos sibi demereantur, quos superstitionibus aut peccati licentiae nimium addictos vi-
dem. Periclitentur bi sibi aliquando meliora tempora, & præsentem animorum offenditionem metuunt;
sed demissis accidit ferè quod Israelitis, qui cum Chananeos aliquos reliquos fecissent, sibi ipsi su-
perfluum simil & bellorum gravissimum fuerunt authores: imò interdum ab illis subiungati
sunt, quos maiores ipsorum Dei auspicijs adiuti eisere noluerant.

Secundo loco videndum erit, quis ille sit, qui electo satana mundū vindicauit & humanū genus unus Christus
in libertatem afferuit. Estis unus Dei filius, qui in carne manifestatus, hoc omne peregit, sicuti non generis humani
modo praes hic locus, sed unanimis scripturae totius consensu testatur. Hic enim semel illud mulieris undex,
et quod caput veteris serpentis contruit, id est, quod diaboli vires confregit regnum eius abolevit,
nam semen illud Abramī est, in quo gentes omnes benedicuntur, id est, cuius merito à peccatis &
maledictione liberata cum Deo in gratiam redeunt. Adhac fortis ille gizas est, qui diaboli domum,
ridet mundum hunc ingressus, illum constrinxit, & rasa eius diripuit, id est, homines affer-
unt, quibus ille in suam potestatem redactis tanguam rasis & instrumentis suis pro suo arbrio
damnat. Pro-

abutebatur. Ideo eum olim vindicem & redemptorem suum Iobus dicebat, & talen omnes electi semper agnouerunt: Docuit hoc ipse supra Cap. 8. quando phariseis falso libertatis titulo gloriantibus dicebant: Si filius vos vindicauerit, verè liberi eritis; ita nimirum ostendens, præter se humani genitio vindicem & redemptorem nullum inueniri. Quod & illud referri potest, quod Ia. 45. ait: An ego Dominus? & non est alius Deus præter me: Deus iustus & saluans nullus præter me. Item Ia. 42. Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Dominus enim nomen dicitur respectu redempcionis nostræ, qua ex hostiis diaboli tyrannie vindicati, ipsius serui facti sumus. Quod cum ipso solus præstiterit, ei etiam Domini nomen scriptura cœs proprium tribuit. Quod Paulus obseruauit scripsit: Nobis unus est Deus, Pater ille, à quo omnia, & nos per ipsum. 1. Cor. 8. Sunt hæc probè obseruanda, ne quoniam Christo deberetur gloriam in creaturam transferamus, & scelerum ait, superstitutionum autem simus, dum nouos vindices & redemptores fingimus.

Modus redempcionis humanae.

Tertio modù huius iudicij sive vindicationis Christus describit dicens: Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum. Quasi diceret. Nunc quidem miserum genus mortaliuum mille sectas diuinum in superstitionibus simul & sceleribus oberrat, & sub diaboli tyrannie frenem seruit miseriam, cuius stipendum est mors. At ubi ego in cruce exaltatus fuero, tunc deus satana seruitutis quoque istius iugum confingam, & ad me traham omnes electos, qui nunc binis de dispergit vagantur. Per crucis ergo vexillum Christus hostem nostrum debellavit, & per transitus est mortis sue, quam in cruce sustinuit, meritum, nos in libertatem afferuit. Carnem enim ex mortuorum assumpserat, ut frater noster factus, causam nostrâ suscepere & vindicem fieri posset. Ita carnem peccati quoque reatum in se recepit, quo nos premebamur. Deinde cum satana congressus, temptationes vicit, & mortis sue merito peccatum expiauit, quo sublati, mortem simul & infernum, adeo, ipsum diabolum exarmavit, qui non alijs armis, quam peccato nos in suam potestate negavit. Non potuit ergo illum mors destrinere, quint tercio die resuscitatus, illam plane deuictam efflareatur. Inde vero in cælum condescens spiritum misit apostolis, qui eius auxiliis in orbem terrarum digredi, omnes gentes ex peccati seruio & superstitionibus ad vitæ innocentiam & veri Deum reducerunt. Explicant mysterium hoc post sacra litera & cum his historiæ etiæ confessio. Constat enim post Christi mortem confusam illam Deorum multitudinem attenuatam est in prophetam quod futurum esse Sophonas predixerat) paulatim consumptam fuisse, adeo, ut ex

Soph. 2. Vide Euseb. lib. ginta milibus Deorum (quos inter gentes cultos fuisse, ex Varrone D. Auguſtinus anno 1705. de preparati paucorum quorundam nomina hodie exstant, quibus impij & superstitionis astrologi ad sua delitiora ratione Euangelica tur. Constat præterea tempore prædicationis euangelica oracula cessauisse, que tyrannidat satanas inter gentes præcipua fulcrata fuerunt, eo quod bis Deorum fictitiorum potestas & eorundem satanas cultus potissimum confirmaret apud iudeos & imperitos, qui veri Dei cognitione deficiunt, quod ras satanicas non poterant agnoscere. Quid templo Delphico acciderit, regnante Iuliano apollinaris in Sophonia expositione Capite secundo, Homilia 7. recitat uimus. Testantur certè sancti patres libri apologetici, Christianis inter alia crimina hoc præcipuum ab hostibus obiectum fuisse, quod que Dijsuam virtutem ut prius exerant, neque per oracula respondeant, ex quo Christus prædicti caperit. Adhac sublati superstitionum imposturis, scelerum quoque licentiam coeruerunt, quod de Deo & eius voluntate rectius erant instituti: & secuti sunt tandem Imperatores Christiani, ut ecclesijs pacem dederunt, ita leges quoque confituerunt politicas, quarum maximum fuit in modo seruanda publica honestate & iustitia effectus. Fuit ergo vere in foribus iudicium mundi huius quod hæc Christus dicebat, & eius mortem vere totius mundi mundi regis reformatio fecuta est, ut non temetipam exaltationis nomine denotariet. Nam est vulgaria hæc est locutio, videtur tamen Dennisus altius quid spectauisse: nimirum, quod per mortis ignominiam adeo nihil regno eius decipitur, ut potius maior & illustrior futura sit illius gloria, quando ad crucis vexillum, cœm tropicam quoddam, gentes omnes colligi oporteat. Qui locus simul docet, quam turpiter in suis confusionej & Christi ecclesia hostes fallantur. Voluerunt enim Pontifices hoc supplicij genere in Christum, ut illius ignominia omnes ab eo absterrerentur. Atqui infamia hæc in gloriam & honorum conversionem fuit, ut hodie etiam crucis signo nihil illustrius, nihil efficacius nihilq. victoriosius habeatur.

Primus olim sub hoc militans ex Dei mandato Constantinus hostes ecclesiae magno successu denicit: Tract. in Ioan. 43.
iacrucis meritum hodie etiam nos tuerit & hostes cum visibiles cum inuisibilis profigat. Vbi tandem verum superfluo cauenda est, qui crucis imaginis aut signo, quod manu fit, istam virtutem trahunt. Nam ipsis Christi crucifixi merito hec gloria debetur, & crucis supplicium ille sibi delegit, non ut nos cruces lignaeas aut lapidea facere diceret, in quibus aliquam salutis spem poneremus, sed (quod D. August. annotauit) ut ipsam crucem in cordibus fidelium figeret, vt dicat Christianus: Quomodo satā
Nobis autem abesse gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c.

Ceterum oritur hic quaestio, qua ratione iudicium mundi per actum & satanę electus dicatur, cum & hic nos tentare atq; sollicitare nunquam definat, & nos peccati legem adhuc intra animos nostros ecl̄ta dicatur.
gessimus, adhuc mortis simus obnoxii, que credentes pariter & incredulos ex vita hac tollere consuevit. Petrus certe diabolum instar rugientis leonis oberrare ait, et querere quem deuoret. Paulus vero de lege peccati, quam in membris suis inueniat, multis conqueritur, & eandē omnes homines sentiunt, qui non vna cum Dei timore omnem quoq; mali sensum exuerunt. At hic tenetū est primō, Christum mundi quidem statim reformatissime, & peccatum expiatus, non autē mutatisse naturam carnis, que in peccato concepta & nata cupiditatibus prauis astutus, & ad malum propendet. Dein deinceps quidem diabolum ex possessione sua, non autem occidit, neq; adhuc conclusus in lacum ardenti, ubi cum suis seruis aeternum cruciabitur. Oberrat ergo per loca aarentia & deserta (ut Domini Matthaei 12. ait) & requiem querit; quā cum non inueniat vibiam, in homines redire tentat, ex quibus cieles est. Et patitur ista Deus, quia ita nobis vtile est, qui vbi extra certamen & omnem periculi metum constituti sumus, propria securitate nosipso perdimus. Idem etiam suis tuerit, nequid damni accipiant. Etsi enim illos satan tentet, iisdem tamen preualere non potest, cum Christus inveniatur, aduersus quem ne inferorum quidem portare aliquid possunt. Neq; erit diaboli accusatio contra electos admittitur, cum bi quidem ab ipso Deo insificati ille verò electus & omni potestate impeditur. Nulla itaq; damnatio iis metuenda, qui sunt in Christo Iesu Rom. 8. Quod verò mortem, hoc non (ut olim) peccati pena est, sed transitus seu migratio anime in vitam aeternam, ut Catechizat. ipse Dominus abunde docuit. Corpus verò mori necesse est, ut deposita omni corruptione & mortalitate, olim immortale & incorruptibile resurgat, atq; regni calorum hereditate fruatur. Nihil ergo ex ipsis omnibus nostrae saluti decedit, cuius certitudo in Christi merito fundata & inuicibilis est.

Quarid, quorum ista salus sit, scire oportet. Omnes (inquit) ad me traham. Dicit hoc de sua morte Christi effectu, qui per se omnibus saluandis sufficit: & licet non omnes ipsum recipient, ipse tamē (quantum in eis est) omnes inuitat, omnibus sepe per euangelium offert, adeo h̄ quasi expansis adhuc in crumentis omnes attrahere satagit. Ergo non unius modo genit⁹ vindex atq; redemptor est Christus, sed ex equo ad omnes pertinet. Nam ut apostoli aiunt, nō est respectus personarum apud Deum, sed in Christo non est Iudeus neq; Graecus, non Scytha neq; barbarus, non liber neq; seruus, non nascens famina, &c. Docuit hoc ipse nuper, quando se extra Iudaicā gentis septa alias adhuc oves habere ait, quas duci oporteat, ut sit oxile vnum & pastor unus. Et Iohannes cap. 11. ideo mori debet Christus dixit, ut omnes Dei filios per orbem dispersos colligeret. Pertinent hoc que passim de gentium vocazione dicuntur apud prophetas, & quid apostoli euangelium in omnem gentes diuulgari debetur. Illud autē omne trahendi verbo in praesenti explicat. Loquitur enim de tractu, nō violento, sed amico & iuiendo, qui foris quidem per suangelij prædicationem fit, intus verò per spiritus operationem sive virtutem, que animis nostris nouos motus nouamq; voluntatem infert, ut voluntas sequatur eū, qui nos à terrenis & carnalibus ad aeterna & celestia vocat. Interim trahendi verbi virtus, ut ostendat, hoc non nostrum, sed diuina virtutis opus esse, quae nisi se nobis insinuerit, nuncquam ad ipsum simus accessuri. Quia enim nos natura reluctamus, & insuper satan suis laqueis retrahit eos, qui viam salutis semel ingredi caperunt, efficiem spiritus virtutis accedere oportet, quam omnibus obseculis superiores faciat. Et hanc sibi Christus cum patre communem facit, quando in praesenti se eos traducatur ait, quos Cap. sexto a patre trahendos dixerat. Imprimis autē hoc loco remaneat, Christi regnum & quam ille nobis acquisuit salutem, non intra uniuersum gentis fines conclusus, sed ad omnes populos extendi, eiusq; socios fore, quotquot se ab illo trahi sinunt.

Officia eorum, Restat postremum huius tractationis caput, quo d'nam sit nostrum officium, & quid nos facere qui per Christum conueniat, ut huius salutis consortes efficiamur. Vbi primum est, ut Christum Iesum unicum agnoscimus. Scamus vindicem & redemptorem, neq; in villa alia re salutis fiduciā repositam habeamus. Hie iam solus est, qui & peccata nostra expiauit, & diabolum ex regno suo eiecit, quod in homines sibi preparat. Et tunc quidem hoc fecit, quando in cruce exaltatus mortem acerbam perpessus est. Nemigitur aliud pro peccatis suis sacrificium querat, nemo aliam satisfactionem expellat, nemo vindicem alium speret. Nam NVNC (inquit) est iudicium mundi huius, &c. Deinde audiamus vocem, & sequamur trahentem nos Dominum. Fit hoc per obedientiam fidei, que omnes carnis sensus atque rationes humane sapientiae Dei verbo subiicit: quod nisi fiat, nunquam eo peruenimus, ut perducem nostrum agnoscamus eum, qui in cruce morte ignominiosam obiit. Sequamur autem vocarem & trahentem nos Dominum absq; mora, reliquo satana & peccati seruicio. Si enim illum ejici operari per Christum, turpe fuerit eos illi adhuc locū dare, qui Christo gloriatatur. Imò quia (ut Paulus ait) nulla est inter Christum & Belial communio, non poterit illius regnum instaurari, nisi hic ejusmodi. Postremò in statione simus aſſidue, & pugnemus aduersus hostem diabolum, ne illi denuo locum deſtruamus, quem tanto labore Dei filius eiecit. Opus hic verbi studio, quod armis idoneis nos instruimus, item aſſiduis ad Deum, ut is suo ſpiritu nos illuminare, & in via salutis dirigere dignetur. In hac intenti simus, non negabit suam gratiam nobis cœlestis pater, & ipse vindex noſter Iesu Christi non pastoris officio fungens nos tuebitur, ne quis nos ex ipſius manu eripiat. Illi debetur benedictio, & gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CXX.

Respondit ei turba: Nos audiuitus ex Lege, quod Christus manet in aeternum: Quomodo igitur tu dicas. Oportet exaltari filium hominis: quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc ad paruum tempus lux uobissem est: ambulate donec lucem habetis, ne uos tenebrae deprehendant. Nam qui ambulat in tenebris, nescit quid uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis, Hæc locutus est Iesus, & cum abijſset occultauit se ab eis.

Necessaria quidem est omnibus hominibus Iesu Christi cognitione, quod sine ea seruari non possumus: ut non aliud est, in quo frequentius & turpis eretur. Quia enim homo animalis non percipit ea, quae sunt ſpiritua Dei, de Christo quoq; & salutis per illum acquisita mysteria ex carnibus ſu iudicat, & proinde longè alii fingit, quā revera ille fit. Experimur hoc in multis hodie, qui carnem per illum Deo reconciliari audiunt, mox ex eo in huius seculi rebus ſibi omnia leta pollentur. Quod fit, ut rabi afflictiones incident, ſe deceptos eſſe querantur, & deinceps doctrinam Christi vel ſanctarum ter rideant, vel hostiliter persequantur. Eſt hic error vetus admodum, & olim ludatis quoq; impunitus: ut in promisso Messia regnum terrenū & omnigenā in hoc ſeculo felicitate ſperarent: qua deinde confitit, quod Christum non poſſent agnoscere, quem nullo regio apparatu illuſtrē, ſed vilis & plenis exofsum eſſe videbant. Obſtrui praeterea hæc inanis & falsa peruafio, quod multa non intellexerunt, quæ ab illo clarè & perſpicuè dicebantur, & quorū cognitione ad ſalutē imprimis pertinebat. Exempli eius rei locus hic, quem modō recitauimus, exhibet. Nuper enim Dominus uniuersum redemptoris humanae mysterium, cuius ergo in mundum venerat, diligenter expoſit, docens illud in meritis ſu mortis conſtitere, quam ipſum non multò post ſubire oporteat: Et hoc dicendo, inter alia hoc poſſent ſpectauit, ut diſcipulos, quos propter communem Iudeorum errore in ſhem regni terreni ereditate rebat, rectius inſtitueret. At nihil huius diſcipuli intellexerunt, quod ipſorum contentionis de primis in ultima Cœna exorte teſtantur: ex auditoribus vero reliquias multi nouam ipſum inſtantiaſionem arripiunt, qui doctrinam eius dictis amarulentis & ſcurrilibus exagitant. Sed iſdem illa demonitionem grauen opponit, quæ omnium eorum perulantiam coerset, qui hodie ſimili ſcurrilatior euangelij doctrinam inſtantur. Audiamus ergo diligenter veramq; partem, ut diſcamus, quid uocare quidue facere conueniat.

quid nos facere
 vnicum agro-
 mus. Hic em-
 munes sibi sibi
 fuisse est: Nem-
 te, nem vnde
 adiamus voca-
 res carnis sou-
 tenus, ut vnde
 uem vocarem
 am ejici oportet
 (ut Paulus ait)
 nisi hic ejusque
 denuo locum
 s infrastructus
 signatur. In hec
 eis Christus in
 ur benedictus, ho-
 iftis ma-
 illum ho-
 c ad par-
 is, ne uos
 t quo uas
 cloccus
 ea seruare in mem-
 oriam nō pe-
 eris ex carnis po-
 situs, qui cum
 is hodie, qui cum
 a pollicentur. Quo
 Christi vel formis
 etis quoq; implo-
 t: que deinde
 sed viles & plen-
 nō intellexerunt
 imebat. Exempli
 sum redemptio-
 illud meritis su-
 alia hoc portau-
 reni erectoru-
 mationes de primis
 in festinacione
 Sed istud in illa
 simili surridentia
 discamus, quid au-
 ram, qui p̄ omnia alijs optimè instituti esse debebant. De aduenis enim audiuius nuper, quod Hierosolymita
 Hierosolymita
 Christum venientem honorifice excepint, & non sine publicis acclamationibus per urbem deduxerunt gaudium.
 rū. Ergo iniqui & ciues isti fuerunt, qui Christo de morte sua & nostra redemptoris mysterio-
 concinnanti istem monent, & questionem huiusmodi obiiciunt: Nos audiuius ex Lege, quod Christi
 fū manet in eternum: Quomodo ergo tu dicas, Oportet ex altari filium hominis? &c. Finis & sco-
 pas illorum est, quod illum ridere, & simul apud omnes alios in contemptum adducere instituerūt,
 si quispi scum pagner, & scripturis contraria loquatur. Et cum prophano animo ista dicant, scri-
 perunt tamē citare audierūt (quas Legis vocabulo coprehendunt) perinde ac si res hac ipsi cordi sit, &
 de roto hoc negotio vere inficii cupiunt. Sensus itaq; verborū est: Scriptura Christū, id est, promissum
 populi redemptorem in eternū manūrum esse testantur. Notum est enim illud Psal. 89. Semel per
 iustitatem meam iuravi, haudquaquam Dāuidē sefellerō: Semen eius in eternū erit, solium eius
 curā me & Sol perficiabit. Firmum ut Luna manebit, quae est certus in aethere testis. Item Psal. 110.
 Sede mihi ad dextram, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et iurauit Dominus,
 ut peniteat eum, ut tu sis sacerdos in eternū secundum ordinem Melchizedech. Et rursum Psal.
 45. Solium tuum in sempiternū stabit, &c. Hac (inquam) & infinita alia in scripturis de Christo
 traduntur: Tu autem cum te Christus illum esse proficeris, simul te in cruce exaltandum & mori-
 turum esse ait: Ergo nō es Christus ille, quem scriptura tradunt, aut ea dicas quae simul confestere nō
 possunt. Si enim Christus es, manebis in eternū: si verò in eternū manes, quomodo exaltaberis à ter-
 re? Vtq; maiori cum scurrilitate illū exagitare possint apud rude & imperiū vulgus, aliunde repe-
 rent vocabulū Filij hominis, quo Dominus in præsenti nō usus fuerat, & cū contempnū dicunt: Quis
 iste filius hominis? Quasi dicerent. Saepē quidē te filium hominis predicauisse audiuius, quē nos
 in Legē nostra nullū inuenimus. Quis tandem ille est, quē aliās magnifice comendauisti, nunc autē
 ignoramus a morte tollendū effe fateris? Sunt hęc hominū audiūs morum verba, qui cum turpi sa-
 corum omnī ignorācia intolerabilem arrogātiā cūinxerunt, quando tam insolenter in publi-
 cā disputationē insitūtū aduersus eum, qui cum scribis & sacerdotib; iam toties congressus, semper
 rūor discesserat, ut Matth. annotauit. Apparet autē in horum exemplo improbum carnis ingeniū,
 que in scripturis ea modo obseruat, que desiderijs suis prauis conuenire arbitratur, neglectis ijs, quae
 illa contraria esse videntur. Gloriantur isti scripturis, & barū autoritate contra Dominum vivuntur.
 Atq; ille non modo Christi regnum eternū describunt, verum etiam de morte eius ignominiosa va-
 nificantur, quia ille genus humānū redempturus, & inde in regnū patris sui ingressurus sit. David
 autē, qui de eius regno & gloria magnificè locutus est, ut paulo ante audiuius, inter alia humile
 ergo eius conditionem & quacunq; passurū sit, prædixit: De torrente in via (inquit) bibet, & pro-
 pterea atollit caput. Et alibi in eius persona dicit: Qui edit panū mēū, sustulit aduersus me calcem
 suam. Quicunq; me aspiciunt, subfamāt me, distendunt labia, mouent caput dicentes: Sperauit in Do-
 mino, eripiat eum, liberet eum, quoniā amat eum. Aperuerunt contra me os suū, sicut leo rapiens &
 rugens. Effusus sum velut aqua, dissociant omnia ossa mea, factumq; est cor meum sicut cera, li-
 quefactum intra viscera mea. Vt leo manus meas & pedes meos perforauerūt. Numerarem omnia
 ossa mea, diuiserunt iner se vestimenta mea, & super vestem meam iecerunt sortem. Et dederūt in
 cibū meū sol, & in scītī mea potarū me acto. Hęc omnia David de Christo ex se nascituro vaticina-
 tur ait. Taceo nunc typos Isaaci, Iosephi, agni pashalis, sacrificiorum, quibus omnibus illius mor-
 tem adumbratam fuisse nemo pius vñquam dubitatuit. Adhuc Daniel quoq; Messiam excindendū
 fore prædictis, & Isaías Cap. 53. totam passionis eius historiam non minus evidenter exponit quā Da-
 uid, quoniam verba modo retulimus. At Iudei præteritus omnib; istis, ea modo excerpti, quibus regnū
 eius plorat et perpetua sub hoc piorū felicitas verbis & similib; ex vulgo & hominū cōsuetudine de-
 sumptis describitur, & iſde male derortis aduersus illū abutitur. Imposuit hic cōmūnis error discri-
 pulis quoq; h, ut sepe diximus; & hodie adhuc Iudeos in ignorācia detinet, ut eū nō possint pro Messia
 cognoscere, quē in cruce nullū non ignominia genus sustinuisse audiūt. Et gentib; quoq; ridiculi fuerūt
 apud quod in cruce & morte Christi viā inueniri doceret. Vnde Paulus in priori ad Cor. scribebat:
 Non predicamus Christum crucifixū, Iudei: quidam offendiculum, Græci verò stultitia. Est autē

IN EVANGEL. IOANNIS

CAP. XII.

hoc egregium diaboli strategema, quo sub scriptura sacra praetextu pios quoq; circumvenire & in errorem abducere studet. *V*erius est eo olim aduersus ipsum Christum, quando ad horrenda felicitatis licitans eum, promissione diuinam, que Psal. 91. habetur, allegare non est verius. Idem postea hanc ricos excitauit, quorū pleriq; scripturarum testimonij malè detoris errores suos defendarunt. *L*aud ipsum in Paparu sit, ubi horribilos verbi Dei depravatio & abusus cernitur, quando crassissime superstitiones, quibus Christi Iesu meritū & tota nostræ salutis cultus q; diuini ratio exeritur, scripturis palliare audent. Offendant ad eundem lapidē quod quo aliquo scripture loco pertinaciter virgint, neglectis alijs, quorum collatione verum illorum sensum inuenire poterant. Faciem hinc Cenæ mystica articulo, qui ex verbis Christi, *Hoc est corpus meū, &c.* corporalē & realē corporis eius veri & essentialis præsentiam atq; manducationem colligunt, neq; interea cum illis conseruent, qua idem ille alibi de corporis sui discessu ex hoc mundo dicit, & que Ioh. 6. de vera & satanæ carnis sua manducatione (*qua sola fide perficitur*) aduersus Capernaitarum cogitationes apud eum differuit, qui hoc ipsum animo suo voluebant, quod hodie aduersarij nostri perinacissimi defodant. Debent ergo exempla haec tam vetera quam recentia nos cautos & circumspectos reddere, ne fallitus & devotus scripturarum allegationibus nobis fucum fieri patiamur ab ijs, qui veritatem appugnare semel in animum induxerunt, & non minori scurrilitate suis figuris contrarios locutus, gitant, quam Iudei isti ipsius Iesu Christi verbis insultarunt.

In epacta de vita eterna conditi
one iudicata
Christi regnum eternum fore isti audiuerunt, vide non possunt, quomodo idem ille mortem obviciat; quasi vero nemo unquam ex mortuis resurrecerit. Et quid nunc de eo disputant, quando in omnium ore erat recens excitatus Lazarus miraculum. Quod si ejdem scripturas diligenter susseparati, mox vidissent illum omnino mori oportere, ut regnum illud acernū obtineat. Dixerat enim David: *D*e torrente in via biber, & propterea attoller caput. Et Esa. cap. 53. *D*omino placuit ipsam confirmando atterere, ut ubi posuerit animā suam hostiā delicti, videat semen, proroger dies, & voluntas Domini prosperè cedat in manu eius. *A* labore anima sua videbit, & satiabitur, & scindet multos iustificabili iustus seruos meos, quorū iniuritates ipse bainulabit: *I*dcirco dispersar eum agnos, & cum fortibus diuidet spolia, & quid in morte effudit animā suam, &c. *H*ec & alii huius veris si isti obseruassent, nō idē mirum illis visum fuisset Christū in cruce mori debere, cur regnum eternū promitti sciebat. At solet ita carnis ratio in ea modo quae ante oculos sunt respicere, sicut autem negligere, & impossibile putare quicquid sensum & intellectū nostrū superat. Fū idem in nostra resurrectione & vita eterna articulo. Multis enim absurdū videtur, si resurgere dicamus, qui in puluerem aut cineres redacti sunt, si tē ex scripturis nouissimū diem & totus mundus rationem prædicemus. At qui ideo nos mori oportet, ut vitam banc mortalem cum immortalitate mutem; idē carnem banc consumi & in nihil redigi necesse est, ut exuta omni corruptibilitate mortuorum & immortalis resurgat: ideo cœlos qui nunc sunt, & terrā cum elementis reliqui prigredi quefieri opus est, ut sicut cœli noui & terra nova: ideo omnē huius mundus faciem vna cum mortuis seculi aboleri oportet, ut Dei regnum & eterna vita locum habeant. Non est ergo quod datis nostræ sensum ista resuscemus, sed discamus potius explosis aut extinctis rationibus, quas illa dicit, in ea constanter respicere, que Dei verbo traduntur, & a vero nunquam aberrabimus.

*C*hristus aduceratios ad fidem improbitatem illorum & voluntariam ignorantia grauerit corripit, & ut maturè resipiant hinc mortuatur. Questionē vero præterit, quia indigni erant, quibus cum porrò ageret, quando non veritatem agitionem, sed calumnandi occasione quarebant. Et debet exemplum hoc obseruari, ne damnum oblições & conuicia respondemus, liuribus nunquam finiendis ansam prebeamus, quod hinc multi magno cum scandalo infirmorum faciunt. Reperit autē luci parabolā, qua supra quod Cap. 8. & 9. *V*erius est: ex quibus locis satis appetet, non alium hic quam ipsum Christum intelligendū, qui lux illa vera & eternus iustitia Sol est, qui suo in mundum aduentu homines illuminat. Proprio huius loci est: *Ambulate donec lucē habeatis.* In luce ergo ambulare & hac benevolentia, quia non aliud est, quam Christum fide vera amplecti (ita enim ipse postea interpretabitur, dicit: *D*ilectam habeatis, credite in lucem) & illius præcepta atque exemplum sequi. Propositionē vero hoc

ramus coniungit, quibus illos excitat & vrget. Prima est: Adhuc ad parum tempus lux vobis cum ambulare iugur, donec lucem habetis, ne vos tenebre deprehendant. Videtur argumentum hoc accessario desumptum, quo omnem procrastinationem prohibet, & sensus est: iam quidem Deus vobis lucem offert in me; ac eadem apud vos non erit diuturna: sed quia eam aspernatus, non mulet poterit omnia praecepunt prophetæ) transferetur ad gentes. Illa ergo fruamini dum licet, quando eam frustra requireatis, si semel ablata fuerit. Admonet nos locus hic de ratione & modo, quo Deus ^{Vt Deus lucem} in Christo dicitur & ipsius salutis dispensatione vicitur. Ab electis quidem illa nunquam auferatur, quin semper. per aliquam scilla maneat, que eam in ipsorum animis non omnino extingui patiatur. Quia etiæ illi utrumque officium sui non sati memoris sunt, Dei tamen timorem nunquam prouersus exiunt, & lapsi resurgere cupiunt, vt cum Deo in gratiam redeant. Alia est impiorum & reproborum ratio, quibus illa etiam asperguntur interdù, sed non perpetuo cum illis manet. Nec enim eam apprehendunt, vt qui peccati suos judicis occupati tenebras luci præserunt, & proinde digni sunt, a quibus haec auferatur. Ultrem Deus illis quoq; hanc ad tempus lucere, vt inexcusabiles fiant, & vt bonitate suam nobis commendet, qua Solem suum super iustos & iniustos oriri finit. Hinc ergo generalis doctrina peti debet, representent Dei gratiam animis gratias recipiamus, & quando haec nobis per euangelium ille offeratur, semper nobis ipsi Paulinus istud occinamus: Ecce nunc tempus acceptū, ecce nunc dies salutis. ^{in Christo dicitur} Cor. 6. Et excitat nos Iudaice gentis exemplum, à qua lucem filii sui Deus abstulit. Si enim (^{re} idem Apostolus monet) natura libus ramis non pepercit, cùm ingrat & infusigari essent, quid de nobis sperabimus, qui ex prophanis gentibus peculiari gratia adoptati, simili ingratitudine peccamus? Debet hoc priuatum etiam a singulis obseruari, quoad penitentiae doctrinā. Hic enim rebemen ter multi peccare confuerunt; qui etiæ sceleris sua negat, & simulare negat, excusare possint, & proinde penitentia sibi opus esse faciuntur, eam tamē subinde in aliud tempus rejiciunt, neq; vestimenta ne- placent ipsi summi, cùm multis adhuc vita annos & commodiore quoq; occasiones sibi promittunt. Attracti infelices & miseri, quād diu lucis sue & vita huius usum Deus ipsis concessurus sit; et frequenter fieri videmus, vt qui cum diuine illo, cuius Christus Luc. 12. meminit, rationes suas in longum eum usque extenderunt, subita & improvisa morte tollantur. Fit etiæ, vt qui Dei spiritu illuminati & ad penitentiam iam propensi fuerunt, ubi haec occasionem elabi passi sunt, postea prophanant & in sua cōcūmacia mālē pereant. Singuli ergo sibi ipsi hanc Christi admonitionem accommodent. Ambulare dum lucem habetis, ne vos tenebre deprehendant.

Sequitur altera ratio, que periculū exponit, quod eos maneat, à quibus lux illa auferatur. Ut enim Conditio eorum sola occasum non sequitur, ita tenebrae succedunt, vbi nullus luci locus est reliquias. At quia hoc qui lucem Christi in multis loculum videunt, quinib; perinde expetunt, quād vt Christi & euangelij prædicatione sit deserunt. Nam qui ambulat in tenebris, nescit quid vadat. Perstat in similitudine, & hac eam parte ad animum transfert, quod per loca ignota in tenebris ambulantibus accidere solet. Fātigantur illi corpore & animo, & nihil non metunt, proficiunt autem nihil, immo plerumq; per precipua ruunt, aut in foveas delabuntur, vel diuturna fame & siti enecantur. Accidit hoc ipsum omnibus qui Christi delitescuntur. Quia enim hic vera & vñica lux es, extra illum mere sunt tenebre, & densissima caligo est, quicquid humana sapientia titulo, aut etiam religionis nomine commendatur. Pudore ergo similitudo hoc eorum conditionem exprimit, qui sine Christo sapere volunt, & sine fide in illum Deic culus insitunt & nouas salutis vias communiscuntur. Sunt hi sibi ipsi gravissimum laborum & molestiarum authores, quibus tam corpus quam animum fatigant, immo enecant, tam nos quotidie superstitiones excoquunt, que maxima ex parte in exercitatione corporali consistunt (quād Paulus ad nihil virilem esse ait) & simul non sine maximis impensis peraguntur. Impsum, Jane quod hic dicitur in Iudeis, qui vbi à Deo repudiati fuerunt, & euangelij lucem ab illis Christus abstulit, ab eo tempore in hunc usq; diem in Thalmudicarū traditionum & ineptissimaru superstitutionū tenebris oberrat, nec sunt autem quo vadant, cūm in salutis ratione nihil certi habeant. Nam ante hos passi fuerunt gentes, de quarū erroribus & infelici statu Paulus ad Rom. horrenda tradidit, que proprijs ipsarū scriptis confirmantur. Eadē est bodus eorum conditio, qui relicto Christi in Papisticis tenebris ambulant, leuant illi, feriantur, induuntur cilicis, humiliantur, in clausis & desertis locis degant, Missas dicunt & audiunt, tēpla & aras extirpant, extirpatas statuis,

Y

picturis, tapirois, cereis & lampadibus exornant, psalmodijs & preculariū demurmuratiōnibus cupantur, nudis pedibus, discoerto capite & interdū loricati per terras longinquas discurruntq; maria & inter omne periculorū genus vagantur, indulgentias Romanas redimunt, liberos propriū superstitutionib; & monasterijs mancipantur, cōtentii ijs, quæ dum in viuis sunt faciunt, mortui noua sacra instituunt, & saepe fraudatis hæreditibus opes suas monachi & sacrificiis legant, qui precibus et meritis ex purgatorijs flāmīs redimi cupiunt. Quid verò omnia ista illis conductum? Nesciunt quid vadat. Sunt enim hæc incerta, neq; villo verbi Dei testimonio niatur, et cæcos ducit. quantur, qui hominē salutis sue nunquā certū fieri posse affirmant, & ita dubios sufficiens quippe in Christo exhibet doctrinā confirmare debet. Sunt hoc tam manifesta, ut demonstratio nō la opus habeant. Nā vos ipsos appello, aut potius conscientias vestras b; monachi, neq; vos ista nos ros scio, si quod animo sentitis effari libet, aut effari tunc sit. Vos itē appello, qui serio P̄p̄p̄ia superstitiones adhuc sequimini, & in illis salutē queritis. Dicite, si potestis, quid abeat, & quid non certi vobis sit in vestris hisce exercitijs? Si enim certus vobis scopus est propositus, cur noua quædā sacra instituitis? cur Diuos veteres cum novis permutatis? cur nouas indulgentias queritis, cur p̄ regnitiones ad Diuos diuersos suscipitis? cur oībus rite p̄eaclis adhuc horreis purgatorijs atq; cruciatis? Verisimile ergo dicit Christus: Qui in tenebris ambulat, nescit quo vadat. Et non cæca plane hominīs ratio, neq; quicquam videt in diuinis, nisi cælestis illius lucis radij illuminant. filij lucis qui?

Audiamus ergo conclusionem quoq; quam hisce omnibus inferit: Dum lucem habet, credat lucem, vt filij lucis sitis. Lucis filios vocat phrasij Hebraica eos, qui lucis participes aut proprii, pertinēt, eius hæredes sunt. Monet ergo, vt ipsum recipiant, ut ita luce perperū frui & eternitatis consortes fieri possint. Vnde rursum sequitur filios lucis non esse alios, quam qui in Christiano sunt: at ijdem postea se tales esse declarant, dum opera lucis faciunt, quæ eadem cum fidā quippe sunt. Quod probè obseruandum est, primum propter eos, qui dum opera lucis p̄fici comendantur, ex eo colligunt, nos per opera iustificari & Dei filios fieri: deinde propter eos quoq; quoniam dei soli hæc gloria tribuitur, omnium securi libidinantur, & pro sua carnis arbitrio omninoque. Teneamus ergo iustitiam & salutem in solo Christo per fidem inueniri, neque quisquam nobis operum meritis hæc tribui debere: fidei autem proprios fructus esse opera lucis, que nisi credidit profectio inanis atq; vana est. Docet hoc præclarus Paulus, qui cum Ephesijs fidem in Christiano tuū comendasset, tandem de huīs effectis loquens, addit: Eratis oīm tenebre, nunc autē lux in Dominō, vt filij lucis ambulat: Nam fructus spiritus sancti est in omni bonitate & iustitia & tenacitate, probantes quid sit acceptū Domino. Idem in epistola ad Rom. quasi ad hec Christi verba alicuius dicit: Videris opportunitatem, quod temporestū iam sit nos a somno expurgisci: Nunc enim populus est salus, quam cùm credidimus. Nox præterit, dies autem aduenit. Abiiccamus ignis & tenebrarum, & induamur habitu qui luci conueniat: ut interdiu composite ambulemus, non in messestionibus & ebrietatibus, non cubilibus ac proterijs, non lite & inuidia. Sed induamur Dominū Iesū Christo, & carnis curam non habeatis ad explesandas cupiditates, &c. Rom. 13.

Christus se abscondit.
Sed ad Christū redeamus, qui quod verbis ministratus est, factō etiam, cū chria quadam admittit. Nam his dictis abiit & occultauit se ab eis: Nam hoc illum nō periculi meu feci, ex te operi, quid mos in publicum reuersus nouam concionem habuit, & postea spontē abiit in bottum, vñ p̄fum iri sciebat. Volut ergo in præsenti docere, breui fore, vt Deus lucem veritatis & salutis omnino ab iphi auferat. Vbi meminerimus, in Iudeorum exemplo doceri, quid sperent quisque Christi veritatis magistrū & vitæ authorem unicum aspernantur. Solent tales feri omne lepidem mōrem, vt illo & doctrina eius liberentur. At non tanto labore & cura opus est. Sponte enim ab illi digesta Dominus, vt iam ante nō semel diximus. At quia idem nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio vita salutis factus est, hæc simul omnia cū illo abeunt à nobis, & in eorū locū succedunt ignoranza, cecitas, peccati, mors & sempiterñ exitium, Exempla alibi recitauimus, eadē ergo hic repetimus. Excitent autē nos ista, vt præsentem gratiā amplexemur, & semel recepta seruare studiū. Recipitur & seruatur hæc fide & obedientia. Itaq; istis intenti, remuntemus carnis nostrae fideijs, & per omne genus periculorum constanter ambulemus in Christo Iesu, qui cū lacrōs & sanguinis rinas, suos aberrare non sinet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestias in eternam. Amens.

HOMILIA CXXI.

Cum autem tot signa edidisset coram eis, non credebant in eum: ut sermo Isaiae propheta impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit prædicationi nostræ? & brachium Domini cui reuelatum est? Propreæ rea non poterant credere, quia iterum dixit Isaías: Excæcauit oculos eorum, & induravit cor eorum, ne uideant oculis, & ne intelligat cor de, & conuertantur, & sanem eos. Hac dixit Isaías, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo: Veruntamen etiam ex principiis mulieriderunt in eum: sed propter Phariseos non confitebantur, ne sy nagoga mouerentur. Dilexerunt enim gloriæ hominum potius quam gloriam Dei.

Ex pœnæ hucq[ue] Ioannes precipuas conciones Domini nostri Iesu Christi, & miracula quedæ magniora, quibus ille se Dei filium & promissum humani generis redemptorem esse publicè testimoniavit, & narrationem istam ad ea usq[ue] deduxit, que in postrema eius profectione in urbe Hierosolymam contigerunt. Itaq[ue] proximum iam erat, ut ad mortis & resurrectionis eius historiam accederet, qua redemptio nostra negotium absolvit. At quia non mirum modò & stupendū, verum tam cum graui scandalio coniunctum erat, quod Iudei, penes quos tunc fui ecclesiæ & populi Dei nivis, illum crudeli morte sustulerunt: priu[er] quam narrationem istam ingrediatur, in praesenti imparatus eius causas veras commemorat, quibus deinde cōcionem Christi postremam subiicit, quam a publicè coram populo habuit. Est autem locus hic multa consideratione dignissimus. Primo enim scandalum removet, quod hodie infirmos ex incredulorum pertinacia & credentium paucitate obiuratur. Deinde causas continet, que obstant, quod minus in verâ fide homines proficiunt. Quibus probè cognitus, simul discimus, quid nos facere, quid uicem auere oporteat, ne ad eundem lapidem cum infelici Iudeorum gente offendamus.

Principio incredulitatem populi Iudaicæ accusat, & ipsum Dominum omni culpa liberat, dicens: Incredulitas vobis est signa edidisset coram eis, non credebant in eum. Quasi diceret: Non desuit quidem suo munere deorum accusari Dominum, sed diligenter docuit, & simul doctrinam suam signis multis atque stupendis confirmatur. Attamen non crediderunt ei, homines nimirum perinatae, & qui in impietate iam callum obduxerant. Et nequa suscipio apud mysteriorum Christi rudes remaneret, simul ostendit, nihil hoc nouum aut insolens fuisse: eò quod hoc ita euenturum olim prophetæ prædicterint. Adducit ergo lucum ex Isaie Cap. 53. Illic prophetæ Christi mortem & quecumq[ue] banc comitata aut secuta sunt, atq[ue] totum nostræ redemptio[n]is negotiū descripturus, cum in spiritu simul Iudaicæ gentis cœcitatim atque contumaciam præuideret, ab exclamatione orditur, qua hanc miseriā illorum deplorat, &c. Quis credit auditioni nostræ, id est prædicationi, quam ex Dei reuelatione nos prophetæ dicimus, & quam illi ex nobis audient? Et brachium Domini cui reuelatum est? Vtitur autem posteriori loco fuciorum, & brachium Domini vocat ipsum Euangeliū, quod Paulus quoq[ue] posterius Dei dicit ad salutem omni credenti: eò quod per illud efficacissime operatur ea, que ad nostram redempcionem atque salutem faciunt. Sensus ergo est: Veniet quidem promissus ille seruator, & omnia faciet & patietur, quibus humani generis salus atq[ue] redemptio constat, & eadem passum predicabunt eius discipuli, sed pauci erunt, qui ipsum recipiant. Quis enim sub infirma carne latenter Dei filium, aut sub Euangelij prædicatione vel crucis doctrina inuicta & salutiferam eius potentiam agnoscat? Neque dubium est, prophetam communem errorem præuidisse, quo Iudei decepti, in Christo regnum terrenum sperauerunt, & idcirco non potuerunt eum Messiam credere, quem paterem, omnibus iniustum & ignominiosa morte sublatum videbant. De istis vero admonitione voluit, ne illorum incredulitas & contumacia alicui scandalum daret, aut Christi gloria aliiquid deruisse putaretur. Et sane magna suspicio gentibus oriri poterat, ne quid magni de eo sibi pollicerentur, quem à Iudeis rejici cernebant, quibus olim promissus fuerat, & ex quibus secundum tam natu[n] erat.

IN EVANGELIO ANNIS

C A P . X I I .

Credentium paucitas neminem offendat.

At simul omnium admonitioni hac seruiunt, ne quis credentia paucitate offendatur, quod fides & veritas ab hominum consensu pendeat. Quid enim (inquit Apostolus) si quidam fuerint creduli? num incredulitas eorum fidem Dei faciet irritam? Absit. Imo sit Deus verax, omnis autem homo mendax; &c. Primo itaq; teneamus, mysteria hæc humani ingenij acuminis traditum percipi posse, sed animos nostros Dei spiritu illuminari oportere. Innuit hoc propheta non obscurum, quando reuelationis meminit, per quam Dei brachium & salutifica euangelij virtus nobis manifestare oporeat. Et testatur idem ipse Christus, cuius verba sunt: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Deinde cum ea sit hominis corruptio, ut natura à diuinis abborreat, cœlestia connatur, terrenis solis imbiat, & oblatam veritatis lucem odio prosequatur & extinxit. Am velut quidque mirum est, si paucissimi in Christi cognitionem perueniant? Quin porius miremur aliquos inuenient, qui illi locum dent, & Dei bonitatem exosculemur, qua ille ingenij nostri contumaciam vincit, & animos nostros regenerat, ut se se ipsius consilio atq; voluntati accommodent. Addit hī, quodam hoc demum seculo cepit ista cœcitatis mundi, sed iam olim inter homines regnum obtinuit. Scimus enī quid Moysi acciderit, quem miraculis horrendis insignem, & ipsius Dei congreſsu atq; colloquio, mendacium, Israelite contempserunt. Eadem quoque fuit pars prophetarum, ut paucissimi miremurentur, qui per ipsos annuntiato verbo Dei crederent. Elias certe se solum supereesse putabat exercitorum Dei numero. Iudas se & discipulos suos, quos ipsi Dominus dederat, portentis instar in Israele esse dicebat, eo quod ei doctrina fidem haberent, quæ ab omnibus explodebatur. Et ne qui beatus prophetarum morositate factum putaret, idem ipse Dei filius experiri voluit, quando neque dominica auctoritas, neque miraculorum splendor, neque eiusdem inexhausta bonitas atque beneficiale daorum mentes emollire potuit, ut ipsum recuperarent, qui tot modis se illis manifestabat. Neq; melior rem fœre rerum conditionem nouissimis temporibus, idem ille prædictus. Nam de mūdo pronuntia, quod spiritum veritatis non possit accipere. Paucos item esse ait, qui per angustam portam angelorum cœlestis hereditatem ingrediantur, quam plurimos autem, qui mundi exemplum scuti excedunt. Clamat denique multis quidem esse vocatos—paucos vero electos: & de profundi seculi annib; differens, eorum planè similes fore dicit, qui Noë atque Loti temporibus Dei admoniti simul & iudicia contempserunt. Quid ergo miramur, aut cur offendimur, si ista hodie fieri videamus? Quin deploremus potius infelicem hominum conditionem, qui de his tam fideli præmonit, non men sibi cauerit, sed simili cum Iudeis cœcitatē & contumacia se esse ad interiorū precipitant. Item illi, quāmvis ipsorum cœcitatē & incredulitatē prophetæ prædicti essent, non tamen sibi cauerit, sed Messianum somniant, qui cum publico totius populi aplausu in terris hisce regnum confinxerit. Ita cum de discordia, peccandi licentia, veritatis odio & persecutione, Antichristo & impostoribus nos abunde præmonuerit Dominus, paucos tamē intenias hodie, qui ista cœment, aut aliis uitandis serio cogitent. Imo multi impudenter ea faciunt & defendunt, quæ in prædictionibus ipsorum vel contumacibus huius seculi filiis, vel Antichristianis seductoribus tribuantur; neque pudenter illorum oratione deprehendi, quorum impietatem Dei filius iam olim damnauit. Quid enim diuersi cœunt, qui securi belluantur, scortantur, mœchentur, sternerantur, & quevis alia sceleris pro amorem libidine designant? Qui item Christum in certis locis monstrant? qui diuinos honores spiritus vident? qui sacrorum nundinationē exercent? qui ciborum discrimina docent, & coniugia prohibent? Annon enim hac pseudochristos & pseudoprophetas facturos esse, spiritus sanctus predixit? Ego indeſinentibus lachrymis deplorando, hac mundi infelicitatis cœcitas, qui nihilominus ista facta, hec facientibus obsequitur. At tunc simul varicinia vetera in mente reuocare oportet, ne illi offendamur: & imprimit ex ijs consolationē petere debent ministri, ne propter mundi improbitatem contumaciam succumbant, & spe omni abiecta simul stationem suam deferant. Is forum enim cum buius seculi filiis ludari, eō ardentius sibi commissio officio fungi, quod perimacius illa in impietate pergere vident.

Redeamus autem ad Euangelistā, qui mox altius ascendens, causas quoq; exponit, ut non rediderint in Christum Iudei. Non poterant (inquit) credere, quia iterum dixit Iudas. Excedentes eorum, &c. Quibus verbis non vult causam incredulitatis & contumacie ipsorum in Diuino cere, quasi ipsis hoc præter omnem culpam acciderit: sed ostendit, tales omnino fuisse, quales sunt Dona

Causa incredulitatis Iudeorum.

dat predixerat, & proinde propria atq; voluntaria malitia meruisse, vt suo spiritu desitutos & in seipsum reprobū traditos Deus excacaret atq; induaret, vt tandem dignas sua cōtumacia p̄nas ex-
diarent. Nam vt fides Dei donū est, & ex spiritus revelatione nobis obtingit, ita non potest non se-
ḡ infamabilis incredulitas atq; cōtumacia, si quando spiritum suum Deus subducit, & sui iudicij
rigore contra inobedientes vietur. At quia simul constat, Deum humani generis amantisimum, im-
patiens verō & iniustitiae acerrimum hostem esse: non dubium est, quin hoc omne non caco impetu fa-
ciat sed insto & aequo iudicio dispenset. Intelligamus hęc rectius, si ipsum Christum hęc Isaiae verba
adducemus audiamus, & cum illis conferamus Iudeorum mores praefractos & incurabiles. Ille e-
st enim apud Mattheum Cap. 13, à discipulis interrogatus, quare parabolis vteretur ad populum per-
befaciens, inter alia sic ait: Propterea per parabolas loquor eis, quia videntes nō vident, & audiен-
tes non audiunt, nec intelligunt: Itaq; completur in ipsis prophetia Isaiae, quae dicit: Audiendo audie-
ti, & non intelligenter: & videnti videntibus, & non cernentibus: Pingue factum est enim cor populi hu-
mā, & auribus graniter audierunt, & oculis suis conniverunt: ne quando cernant oculis, & auribus
audiant, & corde intelligent, & convertantur, & sanem eos. Quo loco diserte docet, Iudeos excaca-
re & indurationem sua improbitate meruisse. Nam illos vident non vidisse, & audiēdo nō
adūnisse aut, quasi diceret: Dedit quidem illis Deus oculos & aures, quibus verbum audiant, & di-
uis in me virtutem per opera, se manifestantem intueantur: sed ipsi eorum similes, qui que di-
fficiuntur, audire neg, viderē volunt, oculos occulerunt & aures obturauerū, adeoq; animos quo-
que sios aduersus veritatis doctrinam obfirmarunt, vt ne propria quidē conscientia testimonio con-
cederet voluerint. Quid ergo aliud restat, quam vt iudicium suum exerat Deus, & quando sic
voluit, totos excacet & induret ne unquam convertantur & salvi fiant? Estq; èo iustius hoc Dei iu-
dicium, quod olim de eo præmoniti, illud tamen non exhorrescunt. Et hęc quidem de Iudeis veri-
ficiatur, tota euangelica historia series testatur, & multorum confesiones probant, quas veritas
victimatis quoque & relēctantibus extortis. Christus certè docendi officio nunquam defuit, sed tem-
pore synagogas, domus item priuatas, adeoq; littora & deserta, verbis sui prædicatione implenit.
Miracula vero in publico edidit infinita, & omnium oculis ingessit: quorum tantus fuit splendor,
vt palam multi dicerent: Christus cum venerit, num signa plura edet ipsis, quae hic edidit? Imò Ni-
cōdemus ex infelixissimo phariseorum ordine, no tam suo quam omnium collegarum nomine dicebat:
Sime te à Deo venisse magistrum: nemo enim potest hęc signa edere, quae tu edis, nisi Deus sit
cum te. Taceo nunc alia populi testimonia, qui multoties vijs miraculi Deum glorificauit, & ma-
gnum illam prophetam in Israele surrexisse confessus est. Num verò hęc omnia eos commouerunt,
vt docim credarent, & salutem quam ipsis offerebat, fide vera amplexarentur? Nequaquam.
Imò implacabili odio illum persecuti sunt sacerdotes & pharisei, & extinctum voluerunt, ne quid
quebus ipsis sacramentis & glorie decederet, quam faciat sanctimonias studio sibi parauerant. Po-
pulus autem quauis auctoritate, in sacerdotum gratiam concepta iam fidei semina abiecit, ant
iuri dissimulatione occultauit, tandem verò infontem & optimè de omnibus meritum ad crudele
& horrendum crucis supplicium popescit. Digni ergo erant, quorum cordibus tenebrae perpetue ob-
generant, & callus inaucererunt, qui illos ad mentem redire prohiberet, sicq; voluntariae sua igno-
ranția & malitia penas dignas luuerent. Et itaque excacatio & induratio peccati & impietatis Exæcatio &
pana, & in hominibus heret illius causa, vt minimè opus sit, Deo litem mouere, aut disputatio-
nes teneritas instaurare, quibus illius iustitia sine bonitas in dubium vocetur. Docet hoc ipse non na est impietas
in loco. In lege enim suorum præceptorum transgressoribus per Moysen inter cetera hoc quoque
minatur. Percutiet te Dominus amentia, cæcitate & subita conturbatione cordis: Et palpabi in
meritis, quemadmodum palpat cæcus in tenebris, &c. Deut. 28. Et rursus per Ezechielem pro-
phetam sic loquitur Cap. 14: Quicunque de domo Israeli aut peregrinus, qui habitat in Israele, ab-
dūtus fuerit à me, & palpus fuerit ascendere fordes suas in cor suum, posuerit scandalum iniqui-
tatis sue ante faciem suam, & venerit ad prophetam consulturus me per eum, ego Dominus respon-
deo ei ex me, ponam faciem meam contra illum, & rastabo eum, vt sit in signum & proverbiū,
&c. Et prophetasi seductus locutus fuerit sermonem, ego Dominus seduxi prophetam illum, ex-
tradamus manum meam super eum, & delebo eum de medio populi mei Israeli: Et portabunt ini-

quitate suam; qualis erit iniquitas interrogantis, talis erit iniquitas prophetae. Similia huius dicit de ipsis, qui efficaciter illusione decepti Antichristo credunt, eo quod veritate amplecti nolentur & de nouissimorum temporum hominibus scribit, quod sibi ipsi doctores coaerantur sint, quod ipsi placentia loquantur, & proinde dignos fore, qui in exitium abducantur. Faciunt ad hanc confirmationem exempla alia quoque, quae in Pharaone, Saule, Achab, Iuda & similibus scriptis proponit, in quibus omnibus voluntaria cæcitas et impietas eam execrationem animorum praefecit, quæ illis exitium attulit. Et si nostri seculi impios consideremus, idem in illis quoque videbimus, & proinde non mirum nobis videri debet, si non possint credere, qui cum possent gratia Dei & per hanc concessam facultatem vici noluerunt. Nam, ut apud Matthæum loco ante citato Christus ait: si habebat, dabitur & abundantior fieri: ab eo autem qui non habet (id est), qui data sibi Dei dona negligunt, neque illis vivitur) etiam quod habet auferetur. Vix ergo huius considerationis hic nollet esse, ut non offendamus eorum consumaciam, qui se Christi hostes & ex reprobatione merito esse iamdudum aperius indicis declararent. Deinde ut ab eorum insidijs & conatucentur, ne dum spiritum aliquam de eis concipiimus, & nosipso & ipsam veritatis causam turpiter perdamus. Postremo, ut discamus, quid nos facere conueniat, ne idem nobis, quod olim Iudei, conueniat. Sumus enim omnes natura cæci & infirmi, qui ex nobis ipsi aeterna salutis mysteria neque tamen neque amplecti possumus: sed Dei gratia & efficacia operatione opus est. Offert hanc ille, & in unum verbo suo, ceu medio extero & ordinario vivitur. At qui hoc, si auribus soli percipiatur, non perficitur, simul interna spiritus virtute corda & animos illuminat atque trahit, dum que auribus induuntur, propria conscientia testimonio confirmat. Sequitur hinc fides & totius hominis immunitus, quam Isaías conversionis nomine exprimit. Finis vero omnium istorum est salus, qua omnis minimus incolumentem tam in presenti hoc quam futuro seculo comprehendit. Hac ut nobis salutem ex gratia obtinere docent, ita simul nos officij nostri admonent: quod est, ut hunc ordinem, qui Divum vivit, nos accommodemus. Audiamus ergo verbum eius, admittamus spiritus suggestionem & nostra conscientias nostras conuicti cedamus. Ita enim quotidie proficiemus in melius, & salutem Christi consequemur. Quorunque vero à Deo institutum ordinem contemnunt, verbum & spiritum eius conciluant, & conscientia testimonio reluctantur, hi non à salute modo aeterna excedunt, revelliunt in hoc seculo miseri & infelices sunt. Quod Iudeorum exemplo docemur. Cum enim exortationis malum in illis Deus communatus esset, interrogat propheta: Quousq[ue] Domine? Et miseris respondet: Donec vastata fuerint orbis, ut nemo sit in habitaculo, & in dominibus nullus sit hominem, nullusque redigatur in solitudinem. Quas minas Christus etiam repetit non uno loco, & salem inane aut vanas fuisse, res ipsa testatur. Secutum est enim horribile totius genus exercitium, exilium miserabile, quod iam annis amplius mille quingentis durat, et in veteri etiam cacciantur Iudei, ut revera quod corpus & animam omnium hominum miserrimi censerentur. Iudei ergo quid hodie sperare debeant, qui Iudeorum similes oblatam sibi salutis doctrinam continent. Itaque illorum exemplo territi, Dei institutum sequamur, & procul dubio seruabimur.

Isaías vidit gloriam Christi. Subiicit autem adductio Isaiae testimonio Ioannes: Hec dixit Isaías, quando vidit gloriam Christi, & locutus est de eo. Quibus verbis propheta oraculo fidem & autoritatem assertit. Quasi datur. Non temere ista exciderunt Isaiae, sed tunc illa dixit, quando extra se raptus Dei verum & maiestatem spectauit, & spiritus suggestionis ad vaticinandum excitatus fuit. Nemo igitur hominem & insolens putet, quod olim tam diserte pre dictum fuit. Habet autem præterea locus lucidus & irrefragabilis vera & aeterno Dei Isaiae Christi argumentum. Nam constat prophetatio in eo Capite de Deo vero & aeterno verba facere, qui suam gloriam atque maiestatem ipsi manifestare aliquo modo dignatus fuerat. Nam angeli diserte Iehoua & Dominum exercituum nominant, qui tituli soli Deo conueniunt. At Ioannes gloriam Christi ab eo visam ait. Ergo hic verus Deus patri coeterus atque coessentialis est. Conjurantur hoc argumento Arianorum & Semetipartitorum, quibus eternam Iesu Christi Deitatem oppugnant. Aut enim Ioannem falsi acutiori & convincere coguntur, aut illum Iehouan fateri & Dominum exercituum. At prius illud manifesta impietate non possunt facere. Alterum ergo concedant oportet, nisi maioris cum blasphemis ipsam veritatem negare velint.

Similia huius P. amplecti noluerunt, cernuatur sint, quae ad bonum conseruandum scripta in morum praefectio, ue videbimus, v. ia Dei & per hoc Christus dicit, quod sibi Dei donant, erationis hic modo reprobatur, conatibus canit, turpiter pudi- iudeus, contra- teria neque ruan- tane, & in un- recipiatur, non pro que auribus mo- pominis innova- us, que omnem- ec & nobis salu- ordini, qui dat suffragiantur, & u- lus, & salutem erbum & finia excludunt, ren- tare? Et mortuo- us nullus sit homi- loco, & sedent- ens excludit, & citam cunctam serferi debet. No- doctrinam con- servabimur.

vidi gloriam- uit. Quod dico, Dei veri & au- tem igitur hor- tere locus hic co- stat prophetam lo- statem ipsi man- ciuum nominem, go hic verus Deus & Seruus eius, m falsi accusato- prius illud fore no- ori cum blasphemia. At quo quis Christi doctrinam & miracula prorsus omni fructu carnifice putaret, subiicit euange- glio, non defuisse, qui in eum crediderint. Et quia factus constabat, ipsum ex vulgo discipulos aliquos habere (quod hostes quoq; confessos fuisse audiuerimus, Cap. 7.) hic magnatum & procerum meminit, dicunt. Veritatem etiam ex principiis multi crediderunt in eum; sed propter phariseos non con- fidabantur, ne synagoga mouerentur, &c. Quo loco videmus, impietatem & tyrannidem nunquam utargnare, quin reperiatur, quorum corda Dominus tangit, & qui spirito eius illuminati rectius sentiunt. Et tanta diuina gratiae virius est, ut frequenter tales in eorum quoq; ordine conficiantur, qui euangelij doctrinam omnino eversam volunt. Sic factum Elias temporibus, quando inter Abdiorum aulicis Abdias est prophetarum nutritius, & Deus ipse testatur, esse sibi septem milia vi- rum in Israele, qui genua sua Baalini nos flexerint. Sic Zedechia regnante, cum tota aula in Iere- mie mortem confirauisset, Abdelech & thyops inuenientur, qui illius defensionem suscipit. Referamus, quod de Caesaris Neronis domestici Paulus ad Philippenses scribit, quos sub impurissimo im- pulsione, tyro anno seruientes Deus fidei luce illuminauit. Et huic generis exempla in historiis ec- clesiasticis multa habemus. Diocletiano enim & Maximiniano ecclesiam persequenteribus, in Britan- ia Constantinus fuit, Magni Constantini pater, qui eius reliquias illic protexit; & iisdem Constan- tinus succedit, qui tyranno è medio sustulit, & fidem Christianam longè lateq; propagauit. Rursum fabiano, vafermo & audacissimo Christi persecutor, fuerunt Iouianus & Valentianus, qui postea ad imperialis Maestatis fastigium eueriti, ecclesijs pacem reddiderunt. Taceo nunc milie- us & plebeios homines, qui omnibus seculis Christo tunc quoque adhescerunt, quando reges aduersus illum ferro & igne quam maxime graffati sunt. Funt huiusmodi multa hodie, & certum est in eo- teniam principum aulicis & cubiculis, qui Pontificibus suam operam in persequendis Christianis adexerunt, quam plurimos reperiri, qui euangelio credunt, et qua possunt diligenter prijs patrocinan- tur. Sunt hac praelata diuina bonitatis argumenta, quae radios suis etiā in locis exercit, ubi impie- tu omne imperium obleinatur. Docent item exempla ista, quanta veritatis vis sit, quae iniuriis tyrannis hominam menes penet, neq; vnguā sine fructu aliquo luculento proponitur. Adhac Duotentiam nobis spectandam exhibente, qua ille tyranno ludificare, & eorum consilia disper- sata. Nos vero ista in eum finem accommodemus, ut fortes in domino, nullis impiorum conatibus nos in confessione & officio nostro abduci patiamur. Quod enim olim fecit Deus, hoc ipsum hodie quoque potest, neq; vnguā causā sua deerit, quod Christi promissio docet: Ecce ego vobis sum sum in consummationem seculii.

Sed videamus, quae & qualia istorum fides fuerit. Crediderunt in eum, sed non confitebantur. Cre- disse dicuntur, quia illum à Deo misum & doctrinam eius ex Deo profectā agnoscabant. Interim Quomodo prin- cipes isti credi- fidei non publicè confessi sunt, neq; etiam relicta traditionibus superstitionis illi nomen dede- derunt, ut alii discipuli, qui ipsum sequebanter. Ergo non sicut hæc vera & viua fides, quæ homines iu- plicare & seruire dicitur, neq; illis quicquā profuisse, nisi postea maiores fecissent progressus. Viua cum fides animos reddit, & confessionem quoq; sibi coniunctam habet: quando fieri non potest, ve- na Christi puden- tia, qui omnem salutis suæ spem atq; fiduciam in illo collocarunt. Discamus ergo, non sufficiere, si intra animos nostros Christi cognitionem coeperimus, sed confessionē quoq; fidei requiri, quae nostros illi cōfessatos esse testetur. Admonet de hoc Paulus, quando ait: Corde creditur ad iu- stitiam, quæ autē fit confessio ad salutem. Vult enim Christus nos à mundo hoc degeneri & corrapo- Confessio fidei plane separatos esse, & ideo discipulis postea dicit: Ego elegi vos ex mundo. At quomodo ex mundo fidelis & separati dici poterunt, qui in superstitionē cultu & vita totius consuetudine mundi exem- plum sequuntur, & insuper de fide requiri, eam ignaro meru dissimulant? Semper ergo animis no- stris obseruantur gravis illa Iesu Christi sententia: Quaecunq; puduerit mei ac sermonum meorum in- ratione bac adultera & peccatrice, eius puden- tia etiam filium hominis, quando venerit in gloria pa- tri sui cum angelis illis sanctis. Confert inter se mundum hunc & seipsum atq; verbum suum; & il- lam vocinationem adulterā & peccatrice, eo quod initio statim degenerauit, totusq; peccati ser- vicio subiectus nihil diuinum aut celeste sapit, ut ostendat indignum prorsus esse, ut hominum causa ipsam abegemus, qui in sanctissimus ita vita salus est omnium, qui ipsum vera & viua fide reci- piunt. Si enim merito parentes ipsi filii indignatur, qui ut helluomibus & nullius frugis cibibomibus

